MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80479-6

MICROFILMED 1992

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

BOS, FLORIS
HENRICUS

TITLE:

STUDIA SOPHOCLEA...

PLACE:

LUGDUNI-BATAVORUM

DATE:

1898

Master Negative #
92-80479-6

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88SE
Z8
v 1

Bos, Floris Henricus.

Studia Sophoclea ... Lugduni-Batavorum, apud L. Van Nifterik H. fil., 1898.

4 p. l., 141 p. 23½cm.

Proefschrift—Amsterdam.

Vol. of pamphlets.

Library of Congress 6-45595

Restrictions on Use:


TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 03.12.1992 INITIALS Emilian

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM

Association for Information and Image Management


1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910


301/587-8202














MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Z8 No. 7
V. 1

F. H. BOS.

STUDIA SOPHOCLEA.

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE.

LUGDUNI-BATAVORUM,
APUD L. VAN NIFTERIK H.FIL.
MDCCCXCVIII.

STUDIA SOPHOCLEA.

TYPIS L. VAN NIFTERIK HF., LUGDUNI-BATAVORUM.

STUDIA SOPHOCLEA.

SPECIMEN LITTERARIUM INAUGURALE

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HUGO DE VRIES,

IN FAC. PHIL. NAT. PROF. ORD.

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE
ET LITTERARUM HUMANIORUM DECRETO

PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN LITTERARUM CLASSICARUM DISCIPLINA
HONORIBUS ET PRIVILEGIIS

IN UNIVERSITATE AMSTELODAMENSI

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS PUBLICO EXAMINI
SUBMITTET

FLORIS HENRICUS BOS,

NATUS IN PAGO SLOTEN (HOLL. SEPT.)

DIE II MENSIS MARTII, A. MDCCCXCVIII, HORA IV.
IN AULA ACADEMICA.

LUGDUNI-BATAVORUM,
APUD L. VAN NIFTERIK H.FIL.
MDCCCXCVIII.

MATRI CARISSIMAE

ET

OPTIMI PATRIS MEMORIAE.

Ubi eo perveni ut studiis Academicis meis finem imponam, Vobis, Viri Clarissimi, quorum lectionibus ut aliquot annos interessem mihi contigit, gratias ago habeoque cum propter eruditionem tum propter humanitatem Vestram, quarum semper meminisse juvabit.

Praecipue autem Tui grata vividaque erit memoria, clarissime NABER, *cuius consilium nunquam mihi defuerit, cuiusque praecepta quot et quanta bona contineant toties expertus sim.*

Tui deinde hic mentionem facere fas est, doctissime EUG. CORDEWENER, *quocum per id temporis spatium cum studiorum communitate tum intimae amicitiae vinculis junctus fuerim, quique hosce postremos menses sinceri erga me animi signa haud dubia dederis.*

Sequeris Tu, maximi aestimate J. PH. VAN DER KELLEN, *cuius auxilio debeam quod fontes unde ad hanc dissertationem conscribendam haurirem, mihi praesto fuerunt.*

Idem fere munus tu mihi praestitisti, mi patruelis P. C. M. BOS, *qui, quo tempore interdum res domesticae obstabant quominus ipse Bibliothecam adirem, quamquam longe alia tua provincia est neque tempore affluebas, benevolus mihi succurreris.*

Et vestrum cuique ex animi sententia gratias ago.

Inter poetas tragicos, qui olim Athenis floruerunt, primum locum obtinuisse Sophoclem satis notum est, qui quantopere gavisus sit favore civium cum aliunde cognosci potest, tum ex iis, quae biographus narrat: mansit *ὑπὸ τῶν κωμικῶν ἄδηκτος . . ., . τῶν οὐδὲ Θεμιστοκλέους ἀπεσχημένων.*

Ἴστρος δέ φησιν Ἀθηναίους διὰ τὴν τοῦ ἀνδρὸς ἀρετὴν καὶ ψήφισμα πεποιηκέναι κατ' ἔτος αὐτῷ θύειν.

Sophocleam praecipue Musam Graecis placuisse apparet e victoriarum numero quas in fabularum contentione reportavit: *νίκας δ' ἔλαβεν εἴκοσιν, ὥς φησι Καρύστιος, πολλάκις δὲ καὶ δευτερεῖα ἔλαβε, τρίτα δ' οὐδεπώποτε*; Aeschylus ter decies victor fuit, Euripides autem quinquies [1]).

Prae ceteris sine dubio una res a biographo relata Sophocli favorem civium peperit: *τὸ μὲν οὖν πᾶν Ὁμηρικῶς ὠνόμαζε· τούς τε γὰρ μύθους φέρει κατ' ἴχνος τοῦ ποιητοῦ, καὶ τὴν Ὀδύσσειαν δ' ἐν πολλοῖς δράμασιν ἀπογράφεται*; adeo aequalibus suis placuit, ut cognomen sibi inveniret: *προσηγορεύθη δὲ μέλιττα διὰ τὸ γλυκύ.*

Singularis vero gloria est si poetae, qui olim summis laudibus elatus fuit, contingit ut post tot saecula ejus poemata non tantum non oblivione obruta jaceant, sed etiam

1) Plura contulit F. G. Schmidt: de ubertate dictionis Sophocleae I, pag. 3 sqq. Cf. Lud. Struve: de dictione Sophoclis pag. 5 sqq.

tanta pulchritudine tantaque venustate eluceant, ut homines delicati judicii ad ea recurrere identidem lubeat.

Operae pretium igitur esse videtur ejus tragoedias atque fabularum perditarum fragmenta perscrutari, ut pernoscamus ejus orationis ubertatem, varia dicendi genera, plura artificia poetica, unde appareat quanta et rerum et imaginum auctori praesto fuerit „melle dulcior" abundantia, qua spectatorum animos devinciret, et quantopere Graecorum divitissimus sermo poetae inserviverit, ut ipsius mentis cogitationes clare et dilucide aliis adumbrarentur; neque inutile erit interdum locos observare quorum Homerus fons est.

Homerus notus est propter comparationum usum, quem etiam Sophocles admodum amavit: per comparationes ac translationes carminibus suis simplicem venustatem adsparsit [1]).

Nautis agricolis venatoribus, mercatoribus quoque et pastoribus et fabris, omnibus denique suam propriam artem hic illicve ante oculos depinxit; civitatis instituta non omisit; plurimis locis ipsam naturam respicit, atque saepe humanae vitae mutabilem condicionem comparat cum ipsis illis, quae natura nunc suavia nunc horrenda importat.

Singula accuratius perlustrare propositum est.

---

1) Cf. Lueck: de comparationum et translationum usu Sophocleo II. Pag. 10, annot. 3.

CAPUT I.

Initium capiamus e celeberrimo illo loco, ubi poeta suae patriae laudem canit OC. 707:

ἄλλον δ' αἶνον ἔχω ματροπόλει τᾷδε κράτιστον
δῶρον τοῦ μεγάλου δαίμονος εἰπεῖν χθονὸς αὔχημα μέγιστον
εὔιππον εὔπωλον εὐθάλασσον.
ὦ παῖ Κρόνου, σὺ γάρ νιν ἐς
τόδ' εἷσας αὔχημ' ἄναξ Ποσειδὰν,
ἵπποισιν τὸν ἀκεστῆρα χαλινὸν
πρώταισι ταῖσδε κτίσας ἀγυιαῖς.
ἁ δ' εὐήρετμος ἔκπαγλ' ἁλία χερσὶ παραπτομένα πλάτα
θρώσκει τῶν ἑκατομπόδων
Νηρήδων ἀκόλουθος.

Duas res hic nominat poeta, quae praecipue ei cordi erant quibusque gloriari solebant incolae earum regionum, quae sive soli ubertate insignes erant, sive mercatura exercenda ditiores [1]). Plures urbes propterea dicebantur *εὔπωλοι* sive *κλυτόπωλοι*; etiam chorus vs. 668 inquit:

εὐίππου ξένε, τᾶσδε χώρας
ἵκου τὰ κράτιστα γᾶς ἔπαυλα.

---

1) Cf. Schol. ad OC. 715.

Equorum amor Graecis innatus erat, et hac in re satis minuta observatione digna judicabant.

Apparet ex ipso Sophocle. In Electra enim, paedagogus fictis verbis narrans Orestam sinistro fato obiisse quum certamen curule iniisset, ubi rivales enumerat, quo magis rei fides habeatur, partim equorum patriam et colorem commemorat; quae sine dubio summus poeta omisisset, nisi compertum habuisset talibus spectatores oblectari.

Quantopere insignes equos colerent Graeci, aliquatenus apparet ex Herodoto: *κατἀντίον δ' αὐτοῦ (Κίμωνος) αἱ ἵπποι τεθάφαται αὗται αἱ τρεῖς Ὀλυμπιάδας ἀνελόμεναι* [1]. Honorifica est igitur comparatio qua Orestes utitur ut paedagogum laudet El. 25:

ὥσπερ γὰρ ἵππος εὐγενής, κἂν ᾖ γέρων,
ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν,
ἀλλ' ὀρθὸν οὖς ἵστησιν, ὡσαύτως δὲ σὺ
ἡμᾶς τ' ὀτρύνεις, καὐτὸς ἐν πρώτοις ἕπει.

Ipsum Solem curru vectum fingi nemo nescit, cuius rei descriptio insignissima eademque uberrima elaborata est ab Ovidio [2]. Satis plenam tamen imaginem apud Sophoclem quoque reperimus, ubi Aiax moriturus Solem precatur Ai. 845:

σὺ δ' ὦ τὸν αἰπὺν οὐρανὸν διφρηλατῶν
Ἥλιε, πατρῴαν τὴν ἐμὴν ὅταν χθόνα
ἴδῃς, ἐπισχὼν χρυσόνωτον ἡνίαν
ἄγγειλον ἄτας τὰς ἐμὰς μόρον τ' ἐμόν.

Unde Sol dicitur *διφρευτής* vs. 857; eandem imaginem agnoscimus OC. 693, ubi Venus audit *χρυσάνιος*; ipse dies

1) Herod. VI, c. 103.
2) Metamorph. II.

autem dicitur *λευκόπωλος* Ai. 673. Eodem pertinent Tiresiae verba Ant. 1064:

ἀλλ' εὖ γέ τοι κάτισθι μὴ πολλοὺς ἔτι
τρόχους ἁμιλλητῆρας ἥλιον τελεῖν.

qui locus nos praeterea ducit ad OC. 1062:

πώλοισιν ἢ ῥιμφαρμάτοις
φεύγοντες ἁμίλλαις.

Aiax de filiolo suo, quem saevo rumori bellico assuefieri oportet, hac metaphora utitur Ai. 547:

ἀλλ' αὐτίκ' ὠμοῖς αὐτὸν ἐν νόμοις πατρὸς
δεῖ πωλοδαμνεῖν κἀξομοιοῦσθαι φύσιν.

Aegisthus domum reversus, postquam audivit fabulam de Orestae morte, sperat fore ut jam nemo vana spe elatus sibi in posterum obstet, sed ut quisque sibi, etiamsi sit regis parricida reginaeque adulter, morem [gerat, quum omnis spes sero demum evanuerit regis filium patris ultorem venturum esse. Equorum instar cuique obediendum erit, quod significat per *στόμια δέχεσθαι* El. 1462.

Frenum per metaphoram denuo commemoratur Trach. 1260. Hercules doloribus cruciatus, animi continentia evincit ne ejulet, quae temperantia ori quasi frenum imponit:

ὦ ψυχὴ σκληρά, χάλυβος
λιθοκόλλητον στόμιον παρέχουσ', κ. τ. λ.

Hoc loco probanda est M. Schmidtii emendatio, quam Nauckius in editione affert: *νεοκόλλητον*; proclivis error est si litterarum ductus comparas ΛΙΘΟ et ΝЄΟ.

Saepius usu venit in fabulis Sophocleis ut is, qui verba facit, imagine adhibita alteri persuadere studeat aliquid fieri oportere, qua in re ille quem alter alloquitur tecte compa-

ratur cum ea re unde imago petita est. Exemplum luculentissimum habemus in Aiace. Agamemnonis verba sunt ad Teucrum, qui fratrem sepelire vetatur. Teucer jam paulo ante Menelao restitit, quam ob rem Agamemnon acerbissime in eum invehitur vs. 1250:

οὐ γὰρ οἱ πλατεῖς
οὐδ' εὐρύνωτοι φῶτες ἀσφαλέστατοι
ἀλλ' οἱ φρονοῦντες εὖ κρατοῦσι πανταχοῦ.
μέγας δὲ πλευρὰ βοῦς ὑπὸ σμικρᾶς ὅμως
μάστιγος ὀρθὸς εἰς ὁδὸν πορεύεται·
καὶ σοὶ προσέρπον τοῦτ' ἐγὼ τὸ φάρμακον
ὁρῶ τάχ', εἰ μὴ νοῦν κατακτήσει τινά.

Ejusmodi locus, qui pertinet ad argumentum de quo nunc agimus legitur in Antigone. Creontis verba sunt ad Antigonen, quae Jovis aeterna instituta se antiquiora habere profitetur quam quae jusserit mortalis Ant. 477:

σμικρῷ χαλινῷ δ' οἶδα τοὺς θυμουμένους
ἵππους καταρτυθέντας· οὐ γὰρ ἐκπέλει
φρονεῖν μέγ' ὅστις δοῦλός ἐστι τῶν πέλας.

Addenda sunt propter comparationem fragm. 727 [1]):

σὺ δὲ σφαδάζεις πῶλος ὣς εὐφορβίᾳ.

et fragm. 588:

κόμης δὲ πένθος λαγχάνω πώλου δίκην, κ. τ. λ.

Propter celeritatem equus interdum in comparationem adducitur, veluti OR. 466 ἀελλάδων ἵππων σθεναρώτερον, Ant. 985 Βορεὰς ἅμιππος; eodem pertinet Ant. 140 Ἄρης δεξιόσειρος. Accedit verbum ἀναχαιτίζειν, jubam arrigere, quod

1) In fragmentorum numeris secutus sum Dindorfii editionem.

translate dictum occurrit fragm. 189, secundum Suidam pro ἀπειθεῖν καὶ ἀντιτείνειν [1]).

Equo inmittere habenas est ἵππον ἀνιέναι, quod proprio sensu legitur El. 721 δεξιόν τ' ἀνεὶς σειραῖον ἵππον; idem respicit opinor El. 516:

ἀνειμένη μέν, ὡς ἔοικας, αὖ στρέφῃ·
οὐ γὰρ πάρεστ' Αἴγισθος ὅς σ' ἐπεῖχ' ἀεί.

quum etiam verbum ἐπεῖχε eodem nos releget; cf. Ai. 847: ἐπισχὼν χρυσόνωτον ἡνίαν.

Idem participium recurrit Ant. 579, ubi tamen minime est cogitandum de comparatione cum inmissis habenis:

εὖ δὲ τάσδε χρὴ
γυναῖκας ἶλαι μηδ' ἀνειμένας ἐᾶν.

Opponitur enim verbum ἶλαι, cf. Od. VII, 359:

ὡς Fειπὼν δεσμῶν σφ' ἀνίει μένος Ἡφαίστοιο.

Deinde habemus fragm. 159 ἐπισειούσης· ἐπικελευομένης, ἀπὸ τῶν τὰς ἡνίας ἐπιχαλώντων, et Ant. 1274:

ἔπαισεν, ἐν δ' ἔσεισεν ἀγρίαις ὁδοῖς

quod referendum est ad quassas habenas „quibus Creon a „deo ita instigatur ut tanquam citato cursu ad saevas illas „vias h. e. consilia feratur" [2]), cf. El. 712 ἡνίας χεροῖν ἔσεισαν. Cum ὁδοῖς scil. βουλευμάτων comparari possunt OR. 67 πολλὰς δ' ὁδοὺς ἐλθόντα φροντίδος πλάνοις et OC. 316 γνώμη πλανᾷ.

Denique commemorandum est fragm. 712:

πολλῶν χαλινῶν ἔργον οἰάκων θ' ἅμα.

1) Cf. Lueck ib. I, pag. 7.
2) Lueck ib. I, pag. 10.

quod dictum esse videtur de re quae prudens moderamen desiderat.

Haud raro translata significatione commemorantur *κέντρον* et *κεντεῖν*; Ant. 1029 *εἶκε τῷ θανόντι, μηδ' ὀλωλότα κέντει*; Ai. 1245 *ἡμᾶς σὺν δόλῳ κεντήσεθ' οἱ λελειμμένοι*; fragm. 606:

κωτίλος δ' ἀνὴρ λαβὼν
πανοῦργα χερσὶ κέντρα κηδεύει πόλιν.

Cf. fragm. 631 *βακτηρίοις κέντροισιν· ἀντὶ τοῦ ταῖς κώπαις, διὰ τὸ ἀράττεσθαι.* Neque ineptum videtur afferre fragm. 309 *μαστιγίαι, κέντρωνες, ἀλλοτριοφάγοι.*

Ad novas imagines nos ducit OR. 1317:

οἷον εἰσέδυ μ' ἅμα
κέντρων τε τῶνδ' οἴστρημα καὶ μνήμη κακῶν.

Oestri mentio enim saepius fit si quid indicatur quod solito commotius est, quum oestri animalibus, atque praesertim equis, molestias afferentes efficiant ut quieti eodem loco manere nequeant; inde dicitur Io El. 5 *οἰστροπλὴξ Ἰνάχου κόρη*, ipse Mars Trach. 653 *οἰστρηθείς*, quamquam de hoc loco dubitatur; Hercules filium rogat ut se rogo imponat Trach. 1253 *πρὶν ἐμπεσεῖν σπαραγμὸν ἤ τιν' οἶστρον*; eodem denique pertinent Tiresiae verba, ubi narrat se infausta auguria observasse; aves se enim audivisse Ant. 1002 *κακῷ κλάζοντας οἴστρῳ.*

Denique notandum est nomen *ξυνωρίς*, bigae, quod de filiabus suis dicit Oedipus OC. 895.

CAPUT II.

Jam transeamus ad alteram laudem qua suam *μητρόπολιν* extulit poeta.

Mare modo placidum modo ventis sollicitatum exaestuans, semper poetis uberrimam imaginum materiem praebuit; etiam Sophocli, qui permultis locis respicit plura quae ad mare et res nauticas pertinent.

Haec Graecis perquam jucunda fuisse haud miramur, praesertim iis temporibus, quum omnes grato animo adhuc recordarentur quantam salutem peperisset recta oraculi interpretatio a Themistocle prolata ejusque prudentia, qua omnes res nauticas curare coacti fuerant. Cf. Herod. VII, 144: *τότε Θεμιστοκλέης ἀνέγνωσε Ἀθηναίους .... νέας .... ποιήσασθαι διηκοσίας ἐς τὸν πόλεμον, τὸν πρὸς Αἰγινήτας λέγων· οὗτος γὰρ ὁ πόλεμος συστὰς ἔσωσε ἐς τὸ τότε τὴν Ἑλλάδα, ἀναγκάσας θαλασσίους γενέσθαι Ἀθηναίους.*

Humanae vitae mutabilis condicio saepe cum maris undis comparatur; pulcherrimum exemplum habemus Trach. 110:

πολλὰ γὰρ ὥστ' ἀκάμαντος ἢ νότου ἢ βορέα τις
κύματ' ἐν εὐρέϊ πόντῳ βάντ' ἐπιόντα τ' ἴδῃ,
οὕτω δὲ τὸν Καδμογενῆ τρέφει, τὸ δ' αὔξει βιότου
πολύπονον, ὥσπερ πέλαγος Κρήσιον.

Homo in quem plures calamitates deinceps irruunt, comparatur cum littore undis et tempestatibus exposito. Beati, inquit chorus in Antigone, qui mala non experti vitam degunt; si enim cui divinitus mala nascuntur, in inmensum eorum numerus crescere solet. Ant. 586:

ὅμοιον ὥστε ποντίαις
οἶδμα δυσπνόοις ὅταν
Θρῄσσαισιν ἔρεβος ὕφαλον ἐπιδράμῃ πνοαῖς,
κυλίνδει βυσσόθεν κελαινὰν
θῖνα καὶ δυσάνεμον,
στόνῳ βρέμουσι δ' ἀντιπλῆγες ἀκταί.

Eadem imago recurrit OC. 1239 de Oedipode senectute confecto.

ἐν ᾧ τλάμων ὅδ', οὐκ ἐγὼ μόνος,
πάντοθεν βόρειος ὥς τις
ἀκτὰ κυματοπλὴξ χειμερία κλονεῖται,
ὣς καὶ τόνδε κατ' ἄκρας
δειναὶ κυματοαγεῖς
ἆται κλονέουσιν ἀεὶ ξυνοῦσαι.

Hac occasione data observandum est plura argumenta saepius a poeta tractari; inde quoque apparet quam ubertim fons Sophocleae dictionis fluxerit et quam variis coloribus materiem suam ille tingere potuerit: quantumvis locorum illorum sententiae congruant, tamen nunquam idem argumentum prorsus eisdem verbis cecinit.

Notissimum et celeberrimum est chori canticum, quod incipit Ant. 781: Ἔρως ἀνίκατε μάχαν, quocum operae pretium est conferre fragmenta 607 et 678 et Trach. 497 sqq. Aeque inter se conveniunt Ant. 650 et fragm. 608, OC. 1236 sqq. et fragm. 684, Ai. 126 et fragm. 682, Trach. 63 et fragm. 677, et etiam plura inveniri possunt si quis ea

colligere studet; nobis jam ad comparationes redeundum est.

Procellae instar insania Aiacem vexavit, qui postquam furore sedato intellexit qualia facinora commiserit, sibi non diutius vivendum esse statuit; odium enim et Atridarum et reliquorum ducum omnium in se contraxit, iisque ludibrio futurus est. Eam condicionem inextricabilem comparat cum undis undique mortem minantibus, ubi ad fidos nautas queritur Ai. 352:

ἴδεσθέ μ' οἷον ἄρτι κῦμα φοινίας ὑπὸ ζάλης
ἀμφίδρομον κυκλεῖται.

Eadem imagine utitur chorus de Oedipode tam gravia perpesso OR. 1524:

λεύσσετ' Οἰδίπους ὅδε
1527: εἰς ὅσον κλύδωνα δεινῆς συμφορᾶς ἐλήλυθεν.

Plenam imaginem e naufragiis depromptam videmus in Electra, ubi paedagogus commenticium nuntium affert, quae Orestae acciderint quum sibi letale certamen curule iniisset El. 729:

πᾶν δ' ἐπίμπλατο
ναυαγίων Κρισαῖον ἱππικῶν πέδον,
γνοὺς δ' οὑξ 'Αθηνῶν δεινὸς ἡνιοστρόφος
ἔξω παρασπᾷ κἀνοκωχεύει παρεὶς
κλύδων' ἔφιππον ἐν μέσῳ κυκώμενον.

Etiam notandus est usus verbi παρασπᾶν OC. 1185: οὐ γάρ σε πρὸς βίαν παρασπάσει γνώμης, et Ant. 791: σὺ καὶ δικαίων ἀδίκους φρένας παρασπᾷς ἐπὶ λώβᾳ.

Ad res nauticas pariter pertinet imago qua utitur Tiresias, ut tecte Oedipodi praedicat quae mala ei impendeant quamquam re secunda usus ad summum fastigium pervenerit, OR. 420:

βοῆς δὲ τῆς σῆς ποῖος οὐκ ἔσται λιμὴν
ποῖος Κιθαιρὼν οὐχὶ σύμφωνος τάχα,
ὅταν καταίσθῃ τὸν ὑμέναιον ὃν δόμοις
ἄνορμον εἰσέπλευσας, εὐπλοίας τυχών;

Adamant semper poetae civitatem cum nave comparare, quae res etiam apud Sophoclem legitur [1]). Hac imagine utitur Menelaus a nave secundis ventis iter facienti sive fluctibus submersa deprompta, ubi Teucro dissuadet ne Aiacem sepeliat: praefracte obaedientiam postulat; civium obsequio enim civitatis salus nititur; Ai. 1079:

δέος γὰρ ᾧ πρόσεστιν αἰσχύνη θ' ὁμοῦ,
σωτηρίαν ἔχοντα τόνδ' ἐπίστασο·
ὅπου δ' ὑβρίζειν δρᾶν θ' ἃ βούλεται παρῇ,
ταύτην νόμιζε τὴν πόλιν χρόνῳ ποτὲ
ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν ἐς βυθὸν πεσεῖν.

Sequitur OR. 22:

πόλις γὰρ ὥσπερ καὐτὸς εἰσορᾷς ἄγαν
ἤδη σαλεύει, κἀνακουφίσαι κάρα
βυθῶν ἔτ' οὐχ οἵα τε φοινίου σάλου.

Verbum σαλεύειν, ut scholiasta adnotat, huc traductum est per metaphoram ἀπὸ τῶν χειμαζομένων νεῶν; deinde notionem

1) Uno tenore etiam nominantur extra comparationem navis et oppidum OR. 56:

ὡς οὐδέν ἐστιν οὔτε πύργος οὔτε ναῦς
ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω,

Ant. 951:

ἀλλ' ἁ μοιριδία τις δύνασις δεινά·
οὔτ' ἄν νιν ὄλβος οὔτ' Ἄρης
οὐ πύργος οὐχ ἁλίκτυποι
κελαιναὶ νᾶες ἐκφύγοιεν.

accepit periculose vivendi [1]), qualis est El. 1074 πρόδοτος δὲ μόνα σαλεύει Ἠλέκτρα; praeterea habemus duos locos in Antigone 163:

ἄνδρες, τὰ μὲν δὴ πόλεος ἀσφαλῶς θεοὶ
πολλῷ σάλῳ σείσαντες ὤρθωσαν πάλιν,

et 187:

οὔτ' ἂν φίλον ποτ' ἄνδρα δυσμενῆ χθονὸς
θείμην ἐμαυτῷ, τοῦτο γιγνώσκων ὅτι
ἥδ' ἐστὶν ἡ σῴζουσα, καὶ ταύτης ἔπι
πλέοντες ὀρθῆς τοὺς φίλους ποιούμεθα.

Tumidi maris periculis imminentibus nautarum salus imprimis pendet e gubernatoris peritia atque virtute: in eum omnes oculos convertunt, ejus jussa exspectant; non aliter cives rebus adversis adflictati civitatis principem salutem rogant; veluti OR. 15 et imprimis ib. vs. 40 sqq.

Ipsius Oedipodis mens tamen turbata est, postquam audivit horrenda vaticinia a Tiresia praedicta vs. 362, 366 sqq., 408 sqq. Igitur summa auxietate impulsa Jocaste salutem precans ad Apollinem se convertit vs. 922, atque precibus addit:

ὀκνοῦμεν πάντες ἐκπεπληγμένον
κεῖνον βλέποντες ὡς κυβερνήτην νεώς.

Itidem rex dicitur ναυκληρεῖν πόλιν Ant. 994; deinde notanda sunt Ulyssis verba ad Minervam Ai. 35: σῇ κυβερνῶμαι χερί et fragm. 470 πρῳράτης στρατοῦ.

Simplex nomen πέλαγος aerumnosam et difficilem condicionem significat OC. 1746 μέγ' ἄρα πέλαγος ἐλαχέτην τι; eadem metaphora paulo ante legitur; Oedipus se ἄθλιον δέμας dono dare Theseo dixit vs. 576; metuit tamen ne jussu

1) Radtke: de tragicorum Graecorum tropis II, pag. 7.

Creontis vi Thebas abducatur. Theseus autem seni auxilium pollicetur, seque Thebanorum conatus ad nihil redacturum esse affirmat vs. 661:

κείνοις δ' ἴσως κεὶ δεῖν' ἐπερρώσθη λέγειν
τῆς σῆς ἀγωγῆς, οἶδ' ἐγὼ, φανήσεται
μακρὸν τὸ δεῦρο πέλαγος οὐδὲ πλώσιμον.

Radtkius [1]) hoc loco efficit adjectivum πλεύσιμος facilitatem itineris terrestris significare, quod ei non possum concedere; quum et necessario de mari tantum dici posse videatur propter ipsam vocis originem, et quum praeterea hoc etiam loco junctum sit cum maris nomine; non dubitari potest quin plena locutio πέλαγος πλεύσιμον (vel si mavis πλώσιμον) per metaphoram de terrestri itinere dicatur, at vero inde minime sequitur illud adjectivum solum eo transferri.

Jam dicendum est de Trach. 647; chori verba sunt de Hercule:

ὃν ἀπόπτολιν εἴχομεν
παντᾷ, δυσκαιδεκάμηνον ἀμμένουσαι
χρόνον, πελάγιον, ἴδριες οὐδέν·

Scholia sunt duo: ὃν ἀπόπτολιν πελάγιον ἀντὶ τοῦ ἄπωθεν τῆς πόλεως ἐν τῷ πελάγει, et πελάγιον ὅ τι πολλάκις καὶ διὰ θαλάττης ἔπλεεν εἴ ποτε εἰς νήσους ἀπῄει.

Priorem explicationem probare video Nauckium; tamen ni fallor prorsus a scholiasta recedere praestat.

Verum est chorum Deianiram Hyllum nuper audivisse fata Herculis; ea fama tamen nuperrime percrebruerat; ipsa enim Deianira in fabulae initio dixit vs. 40: κεῖνος δ' ὅποι βέβηκεν οὐδεὶς οἶδε, igitur chorus pariter nesciebat ubinam versaretur; idcirco non dicere potest se duodecim menses

1) Ib. pag. 7.

exspectavisse Herculem ἐν τῷ πελάγει ὄντα, sive interdum navigantem.

Hoc unum satis certum erat, gravibus laboribus eum impediri quominus domum rediret; cf. vs. 43:

σχεδὸν δ' ἐπίσταμαί τι πῆμ' ἔχοντά νιν

et 46:

κἄστιν τι δεινὸν πῆμα· τοιαύτην ἐμοὶ
δέλτον λιπὼν ἔστειχε.

Eam ob causam, ratione habita eorum locorum ubi πέλαγος vitae condicionem difficilem et gravem indicare vidimus, hoc quoque loco πελάγιον translata significatione dictum esse potius crediderim, ut ad labores Herculi subeundos transferatur.

In Antigone Haemon patri persuadere studet ut totius urbis voluntati cedat, neque de virgine, quae pietatis officio omnium misericordiam moverit atque a cunctis summis laudibus et honoribus digna habeatur, poenas exigat; nimis potenti enim resistere periculosum est; arbor incolumis tantum est si tempestate quassata se inclinat, quod si non fecerit fracta jacebit; deinde sequitur imago quae ad nostrum argumentum pertinet, vs. 715:

αὔτως δὲ ναὸς ὅστις ἐγκρατῆ πόδα
τείνας ὑπείκει μηδὲν, ὑπτίοις κάτω
στρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασιν ναυτίλλεται.

Dubitari potest de verbis τὸ μὴ τείνειν ἄγαν vs. 711, utrum huc etiam pertineant an magis referenda sint ad sagittarii artem, si arcus intendatur; hoc Lueckio placuit [1]); equidem potius dixerim verbo τείνειν fere eandem significationem tribuendam esse et ἀντιτείνειν vs. 714:

1) Ib. III, pag. 11.

τὰ δ' ἀντιτείνοντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται.

Idem scholiasta voluisse videtur, qui explicuit: μὴ αὐθάδη εἶναι ἀντιτείνοντα τοῖς συμβουλεύουσιν.

Electrae dum longas querelas effundit de patris morte, de matris foedo cum Aegistho matrimonio, de cruciatibus suis, de Oresta denique, qui fore ut patrem ulcisceretur speraverat, qui tamen nimis diu cunctatur, supervenit Chrysothemis, cui displicet sororis pertinacia. Chrysothemis praestare censet ad contumelias evitandas tutius esse indulgere iis penes quos est potestas, eorumque voluntatem sedulo observare ut praevertat ne ira exardescente ipsa affligetur haud secus ac si nautae in angustiis cautes et vada vigilanter observantes vela contrahunt, ne nimio impetu currentes saxis illidantur. Haec imago subest vs. 335:

νῦν δ' ἐν κακοῖς μοι πλεῖν ὑφειμένῃ δοκεῖ.

Accedit verbum ναυστολεῖν, quod de itinere terrestri dictum esse fragm. 129 contendit Radtkius [1]):

ἵπποισιν ἢ κύμβαισι ναυστολεῖν χθόνα;

Tamen minus caute virum doctum judicare credo; ignoramus enim num fortasse in iis quae praecesserunt verbum legeretur quod jungendum fuerit cum ἵπποισιν, quod si verum est, locutio nihil habet peculiare; κύμβη nempe est πλοῖον, ut κύμβαισι ναυστολεῖν prorsus idem sit quod habemus Phil. 279: ναῦς ἃς ἔχων ἐναυστόλουν; idem sensisse videtur Dindorfius, qui post ἵπποισιν interpunxit.

Fac tamen ναυστολεῖν reapse ad ἵπποισιν quoque pertinere: tamen per zeugma locutio commode explicari potest; cf. OC. 898: πάντ' ἀναγκάσει λεὼν ἄνιππον ἱππότην τε θυμάτων

1) Ib. pag. 7.

ἄπο σπεύδειν ἀπὸ ῥυτῆρος et Nauckii explicationem: „ἀπὸ „ῥυτῆρος .... ist nur auf die zuletzt genannten ἱππόται zu „beziehen, während für den ἄνιππος λεώς nur der Begriff „der Eile gilt." Cf. Schol. ad Ant. 107.

Maris fluctus respicit Ant. 20: δηλοῖς τι καλχαίνουσ' ἔπος; verbum καλχαίνειν enim convenit cum Homerico πορφύρειν [1]), unde mare commotum πορφυροειδές dicitur apud Aeschylum [2]); deinde transfertur ad animi statum inquietiorem, ut nostro loco: patet te perturbari eo quod mihi dictura es [3]). Recte Nauckius comparat Lucr. VI, 34: „volvere curarum tristis „in pectore fluctus."

Ad res quae nautis cordi sunt pertinet etiam substantivum οὖρος, quod translate legitur Tr. 815. Postquam Hyllus matri narravit quae Herculi acciderunt fatali dono ab uxore misso accepto, eam increpat, quasi scilicet rei bene gnara marito dolo malo venenum illud praebuerit doni speciem praetexens, ut poenas exigeret quum Iolen amare coepisset. Tacens Deianira abit, choro observante reticentiam culpae argumentum videri; Hyllus tum odii invisae mulieris plenus respondet:

ἐᾶτ' ἀφέρπειν· οὖρος ὀφθαλμῶν ἐμῶν
αὐτῇ γένοιτ' ἄπωθεν ἑρπούσῃ καλός.

Cf. Trach. 468: ταῦτα ῥεῖτο κατ' οὖρον; Phil. 855: οὖρός τοι, τέκνον, οὖρος, id est, ut scholiasta explicat: ἐπιτήδειος καιρός; praeterea cf. Nauck; inde factum est ut adjectivum οὔριος conveniat cum Romanorum „secundus".

De nave secundo vento (schol. εὐδίᾳ πλῷ) littori appulsa

1) Schol. ἀντὶ τοῦ πορφύρουσα καὶ τεταραγμένως φροντίζουσα.
2) Suppl. 530.
3) Radtke ib. pag. 10.

legitur Phil. 355: ἐπ᾽ ἄκρον Σίγειον οὐρίῳ πλάτῃ κατηγόμην; cf. Ai. 1082:

ταύτην νόμιζε τὴν πόλιν χρόνῳ ποτὲ
ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν ἐς βυθὸν πεσεῖν.

Deinde ad alia transfertur; veluti Ai. 887:

σχέτλια γὰρ
ἐμέ γε τὸν μακρῶν ἀλάταν πόνων
οὐρίῳ μὴ πελάσαι δρόμῳ.

Verbum ἐρέσσειν translata significatione occurrit Ai. 251:

τοίας ἐρέσσουσιν ἀπειλὰς δικρατεῖς Ἀτρεῖδαι
καθ᾽ ἡμῶν,

Cf. Ant. 159 (Κρέων) χωρεῖ τινὰ δὴ μῆτιν ἐρέσσων.

Priore loco navis vecturam, altero remorum volutationem respici sibi statuit Radtkius [1]), Nauckius cum Johnsonio edidit μῆτιν ἑλίσσων. Accedit tertius locus ubi Philocteta τόξον Φίλον alloquitur, quo dolose privatus est ab Ulysse et Neoptolemo, Phil. 1134:

ἀλλ᾽ ἐν μεταλλαγᾷ
πολυμηχάνου ἀνδρὸς ἐρέσσῃ.

Labores et aerumnas facile comparari cum maris fluctibus vidimus; convenienter qui alieni laboris particeps est et cui quasi una eademque nave vecto contra eadem pericula pugnandum est, alterius ξύμπλους dicitur; hac imagine utitur Ismene Ant. 540:

ἀλλ᾽ ἐν κακοῖς τοῖς σοῖσιν οὐκ αἰσχύνομαι
ξύμπλουν ἐμαυτὴν τοῦ πάθους ποιουμένη.

1) Ib. pag. 10.

De verbo ἀντλεῖν copiose disseruit Radtkius [1]); atque plures notiones quae huic verbo subesse possunt, aliunde conquisivit. Apud Sophoclem semel tantum legitur El. 1290: πατρῴαν κτῆσιν Αἴγισθος δόμων ἀντλεῖ. Substantivum ἀντλία simpliciter sentinam denotat Phil. 482.

Notabilis est metaphora fragm. 650 *b*:

ὦ πρῷρα λοιβῆς Ἑστία, κλύεις τόδε;

et adjectivum ἀντίπρῳρος Trach. 223:

τάδ᾽ ἀντίπρῳρα δή σοι
βλέπειν πάρεστ᾽ ἐναργῆ.

Ancora nominatur fragm. 612:

ἀλλ᾽ εἰσὶ μητρὶ παῖδες ἄγκυραι βίου.

Cf. Oedipodis verba OC. 148 κἀπὶ σμικροῖς μέγας ὥρμουν, ubi Nauckius plures locos affert, quorum metaphora ab ancoris petita est.

Substantivum γαλήνη simpliciter quietem indicat El. 899:

ἐν γαλήνῃ πάντ᾽ ἐδερκόμην τόπον.

Sicut nautis tempestatibus et undis gravia perpessis jucundus est portus qui salutem praebeat, homini gaudium affert, quum amici dum adsunt laborum et miseriae periculorumque obliviosus quiescendo vires exhaustas recreat animumque deficientem solaciis firmari sinit; haec notio inest in Aiacis verbis Ai. 683 ἑταιρείας λιμήν. Cf. Il. XI, 792:

τίς ϝοῖδ᾽ εἴ κέν ϝοι σὺν δαίμονι θυμὸν ὀρίναις
παρϝειπών; ἀγαθὴ δὲ παραίϕασίς ἐστιν ἑταίρου.

Accedit OR. 1208:

1) Ib. pag. 11.

ἰὼ κλεινὸν Οἰδίπου κάρα,
ᾧ μέγας λιμὴν
αὐτὸς ἤρκεσεν
παιδὶ καὶ πατρὶ
θαλαμηπόλῳ πεσεῖν,

ubi Nauckius Heimsoethii conjecturam recepit: πῶς γάμου λιμὴν αὐτὸς ἤρκεσεν.

Ceteroquin λιμήν locum indicat quo plures res quasi naves in portum deveniunt; v. c. Orcum quo omnibus descendendum erit, Creon dicit Ant. 1284:

ἰὼ ἰὼ δυσκάθαρτος Ἅιδου λιμήν [1]).

Cf. Ant. 1000: ἵζων ἵν' ἦν μοι παντὸς οἰωνοῦ λιμήν, quod scholiasta explicat: ὅρμος καὶ ἕδρα ὅπου πάντα τὰ ὄρνεα προσέρχονται; haruspicis templum esse viri docti statuunt.

Portus oppugnati imago est OC. 811:

ἄπελθ', ἐρῶ γὰρ καὶ πρὸ τῶνδε, μηδέ με
φύλασσ' ἐφορμῶν ἔνθα χρὴ ναίειν ἐμέ.

Oedipus se quasi quietis portum Athenis invenisse confitetur, quem ἐφορμεῖν dicitur Creon [2]).

Quum ni fallor omnia quae ad mare et res nauticas pertinent perlustraverimus, huic disputationis capiti jam finis imponendus esset, nisi dicendum esse videretur de loco me judice huc referendo, et de quo interpretando inter se dissident viri docti. Legitur Ant. 1156:

οὐκ ἔσθ' ὁποῖον στάντ' ἂν ἀνθρώπου βίον
οὔτ' αἰνέσαιμ' ἂν οὔτε μεμψαίμην ποτέ.
τύχη γὰρ ὀρθοῖ καὶ τύχη καταρρέπει
τὸν εὐτυχοῦντα τόν τε δυστυχοῦντ' ἀεί.

Verba sunt nuntii qui cum choro Haemonis mortem com-

1) Cf. Ai. 1194: πολύκοινον Ἅιδαν.
2) Cf. Nauck. ad hunc locum; Radtke ib. pag. 8.

municat. Offensioni sunt pluribus viris doctis verba στάντ' ἄν, quae Nauckius spuria esse judicat; tentavit ille πάντ' ἄν, comparato Aiacis versu 1381 πάντ' ἔχω σ' ἐπαινέσαι.

Contra Lueckius participium στάντα dicit „prorsus verum „et genuinum" [1]). Ipsius verba audiamus: „satis autem „notum est verbum ἱστάναι etiam de pendendo dici solere, „quod quidem ex eo ducendum est, quod librae lances, „simulatque pondera imposueris, nisi altera tota deprimitur, „primo quidem sursum deorsum feruntur, deinde vero prorsus exaequatis ponderibus ad consistendum adducuntur, „(ἵστανται), qua in re omnis pensatura vertitur. Intellige „igitur στάντα βίον vitam adhuc in trutina consistentem, i. e. „vitam, cuius ῥοπή nondum facta sive nondum finita est."

Ut locos incertiores omittam, praecipue vir doctus nititur hisce: OC. 1508: ῥοπὴ βίου, OR. 961: σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή, Trach. 82: ἐν ῥοπῇ τοιᾷδε κειμένῳ, El. 119: μούνη γὰρ ἄγειν οὐκέτι σωκῶ λύπης ἀντίρροπον ἄχθος; ubi dubio non obnoxium est quin pensura respiciatur. Nihilominus tamen in Lueckii explicatione, quamvis primo obtutu speciosa, acquiescere non possum.

Quotienscunque enim hos versus considero, ultro in memoriam redeunt sacerdotis verba initio Oedipodis Regis vs. 46:

ἴθ', ὦ βροτῶν ἄριστ', ἀνόρθωσον πόλιν·
ἴθ', εὐλαβήθηθ'· ὡς σὲ νῦν μὲν ἥδε γῆ
σωτῆρα κλῄζει τῆς πάρος προθυμίας·
ἀρχῆς δὲ τῆς σῆς μηδαμῶς μεμνήμεθα
στάντες τ' ἐς ὀρθὸν καὶ πεσόντες ὕστερον·
ἀλλ' ἀσφαλείᾳ τήνδ' ἀνόρθωσον πόλιν·
ὄρνιθι γὰρ καὶ τὴν τότ' αἰσίῳ τύχην
παρέσχες ἡμῖν.

1) II, pag. 13.

Quamquam hoc loco non apertis verbis poeta urbem cum nave contendit, nihilo secius comparationem certo sentimus, quum inter hosce paucos versus plura nomina occurrant proprie ad res nauticas pertinentia: ἀνορθοῦν, et verbum simplex ὀρθοῦν, adhibentur de navibus, quas, postquam tempestatibus coortis aliquamdiu per undas jactatae sunt, placidius coelum erexit, ut ὀρθαί deinde iter faciant. Cf. Ant. 189:

ἥδ' ἐστὶν ἡ σώζουσα καὶ ταύτης ἔπι
πλέοντες ὀρθῆς, κ. τ. λ.

ib. 162:
τὰ μὲν δὴ πόλεος ἀσφαλῶς θεοὶ
πολλῷ σάλῳ σείσαντες ὤρθωσαν πάλιν.

Deinde habemus vs. 52 πεσόντες ὕστερον. Verbum πίπτειν autem dicitur de nave quae fluctibus submergitur: vide Ai. 1083:

ταύτην νόμιζε τὴν πόλιν χρόνῳ ποτὲ
ἐξ οὐρίων δραμοῦσαν εἰς βυθὸν πεσεῖν.

Manifeste igitur inter sese opponuntur vs. 50 στάντες ἐς ὀρθόν et πεσόντες ὕστερον; prior locutio nihil significat nisi quae sequuntur vs. 52: condicionem laetiorem, quae orta erat, urbe a Sphinge liberata; tunc temporis enim, monstro deleto, urbs navis instar ὀρθή nominanda erat, nunc vero malis irruentibus navis instar submersum iri (πεσεῖν) videtur, quod ipse sacerdos dixit OR. 22:

πόλις γάρ, ὥσπερ καὐτὸς εἰσορᾷς, ἄγαν
ἤδη σαλεύει, κἀνακουφίσαι κάρα
βυθῶν ἔτ' οὐχ οἵα τε φοινίου σάλου.

Prorsus eodem modo verbis de quibus nunc agimus, στάντ' ἂν ἀνθρώπου βίον, imaginem a rebus nauticis mutuatum esse Sophoclem dico, nec quidquam aliud verba significare nisi beatam vitae condicionem; hoc etiam cum iis quae sequuntur optime convenit vs. 1160 sqq.: Κρέων γὰρ ἦν ζηλωτός κ. τ. λ.

Sic habemus vs. 1156—1159 hanc sententiam: ne quemquam laudes propter beatam vitae condicionem; beata enim in pejus, infelix autem in melius mutari solet.

Supra vidimus Sophoclem saepius ad idem argumentum recurrere; quodsi verum est, meam interpretationem verborum στάντ' ἂν quodammodo tuetur fragm. 572:

οὐ χρή ποτ' εὖ πράσσοντος ὀλβίσαι τύχας
ἀνδρός, πρὶν αὐτῷ παντελῶς ἤδη βίος
διεκπερανθῇ καὶ τελευτήσῃ βίον.
ἐν γὰρ βραχεῖ καθεῖλε κὠλίγῳ χρόνῳ
πάμπλουτον ὄλβον δαίμονος κακοῦ δόσις,
ὅταν μεταστῇ καὶ θεοῖς δοκῇ τάδε.

Restat verbum καταρρέπειν, quod Lueckii explicationem commendare videtur, mihi autem refragari. Attamen non ab omni parte expeditum est propter significationem transitivam.

Apud omnes interpretes, quorum opera mihi praesto fuerunt, hac de re altum silentium est; neque magis Struvius [1]), qui de verbis activis intransitive et de intransitivis active dictis quaesivit, tetigit verbum καταρρέπειν.

Stephanus scripturam vulgatam recte sese habere ait; quacum Musgravius comparat Theogn. 157: Ζεύς τὸ τάλαντον ἐπιρρέπει.

Neque magis ego verbum per se spectatum molirer; sed post ea quae disputavi verbum καταρρέπειν vix genuinum esse mihi videtur; certe non facile est dictu quomodo loco imaginum a rebus nauticis desumptarum pleno subito pensura respiciatur; et eo magis mendum latere crediderim, quum ipse Sophocles medelam praebere videatur.

1) Lud. Struve: de dictione Sophoclis pag. 19 sqq.

Viros doctos rogatos volo num forte scripserit:

τύχη γὰρ ὀρθοῖ καὶ τύχη καταστρέφει
τὸν εὐτυχοῦντα τόν τε δυστυχοῦντ᾽ ἀεί.

qua in conjectura proponenda nitor Ant. vs. 716:

ὑπτίοις κάτω
στρέψας τὸ λοιπὸν σέλμασιν ναυτίλλεται.

Gravissimum argumentum accedit quod verba *ὀρθοῦν* et *καταστρέφειν* de ipsa vita, *ὀρθοῦν* et *πίπτειν* de mortalibus dicta apud Sophoclem inveniuntur.

OR. 39: *λέγῃ νομίζῃ θ᾽ ἡμῖν ὀρθῶσαι βίον.*
fragm. 681: *πενία δὲ συγκραθεῖσα δυσσεβεῖ τρόπῳ*
ἄρδην ἀνεῖλε καὶ κατέστρεψεν βίον.
OC. 394. Ism.: *νῦν γὰρ θεοί σ᾽ ὀρθοῦσι, πρόσθε δ᾽ ὤλλυσαν.*
Oed.: *γέροντα δ᾽ ὀρθοῦν φλαῦρον, ὃς νέος πέσῃ.*
OR. 145: *ἢ γὰρ εὐτυχεῖς*
σὺν τῷ θεῷ φανούμεθ᾽ ἢ πεπτωκότες.

CAPUT III.

Novum comparationum et translationum genus pertinet ad artem venandi; hujus exempla tamen rariora sunt quam ea, de quibus vidimus.

Nusquam in tragoediis Sophocleis, quae ad nos pervenerunt, ex arte venatoria sumptam imaginem videmus divitiorem quam initio Aiacis, ubi Aiacis vestigia explorantem Ulyssem alloquitur Minerva:

ἀεὶ μὲν, ὦ παῖ Λαρτίου, δέδορκά σε
πεῖράν τιν᾽ ἐχθρῶν ἁρπάσαι θηρώμενον·
καὶ νῦν ἐπὶ σκηναῖς σε ναυτικαῖς ὁρῶ
Αἴαντος, ἔνθα τάξιν ἐσχάτην ἔχει,
πάλαι κυνηγετοῦντα καὶ μετρούμενον
ἴχνη τὰ κείνου νεοχάραχθ᾽, ὅπως ἴδῃς
εἴτ᾽ ἔνδον εἴτ᾽ οὐκ ἔνδον· εὖ δέ σ᾽ ἐκφέρει
κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις.

Haec imago ex rebus venatoriis deprompta hic illic recurrit per totam fabulam; respondet Ulysses vs. 20 se revera *ἰχνεύειν* Aiacem [1]), et gregum caedibus nuntiatis se statim *κατ᾽ ἴχνος ᾄσσειν*, vs. 32, — quae vox translate

---

1) Cf. *ἴχνευον* OR. 221 et *ἐξιχνοσκοπούμενος* Ai. 997.

usurpatur OR. 109: ἴχνος παλαιᾶς δυστέκμαρτον αἰτίας —; ipsa autem Minerva Ulyssem adhortatur ut intente operae incumbat, se ipsam ut res ei succedat venisse ut adesset ejus κυναγίᾳ vs. 37.

Eodem pertinet verbum σημαίνομαι Ai. 32. Ulyssis verba sunt: τὰ μὲν σημαίνομαι, τὰ δ' ἐκπέπληγμαι; recte scholiasta: οἷον σημεῖα ἐμαυτῷ τινα συντίθημι ἀπὸ τοῦ ἴχνους, τὰ δὲ ἀπορῶ· τοιοῦτον γὰρ συμβαίνει περὶ τοὺς ἰχνευτὰς ταραττομένων τῶν ἰχνῶν, διὰ δὲ τὴν μανίαν δυσίχνευτος καὶ ἐπιτεταραγμένη ἡ βάσις γέγονε τοῦ Αἴαντος. Convenit Ant. 258:

σημεῖα δ' οὔτε θηρὸς οὔτε του κυνῶν
ἐλθόντος, οὐ σπάσαντος ἐξεφαίνετο.

Nomen θήρα de captivis dictum hic illic reperimus; Aiax ubi mortem sibi conscivit, filiolum alloquitur, atque dicit Teucrum ei custodem superesse κεἰ τανῦν τηλωπὸς οἰχνεῖ, δυσμενῶν θήραν ἔχων Ai. 564; in Philocteta Ulysses in Graecorum castra captivum duxit Helenum vatem, θήραν καλήν. Phil. 609; cf. Creontis verba OC. 950 τήνδ' ἐχειρούμην ἄγραν, nempe Oedipodis filias.

Eadem metaphora observatur in verbo θηρᾶν Ant. 433, ubi custos Creonti narrat Antigonen in ipso facto deprehensam esse, cum fratri sepulcrum strueret:

σὺν δέ νιν
θηρώμεθ' εὐθὺς οὐδὲν ἐκπεπληγμένην.

Deinde ad alia transfertur: OR. 541 τυραννίδα θηρᾶν; Ant. 92 θηρᾶν οὐ πρέπει τἀμήχανα. OC. 1026:

καί σ' εἷλε θηρῶνθ' ἡ τύχη· τὰ γὰρ δόλῳ
τῷ μὴ δικαίῳ κτήματ' οὐχὶ σῴζεται.

cf. fragm. 498: Φιλεῖ γὰρ ἄνδρας πόλεμος ἀγρεύειν νέους.

Postquam Aiacis mortem audivit Teucer, rogat ubinam sit Eurysaces; chorus respondet eum solum apud tentoria relictum esse. Optatam facilemque praedam ne auferant hostes, ille jubet Ai. 985:

οὐχ ὅσον τάχος
δῆτ' αὐτὸν ἄξεις δεῦρο, μή τις ὡς κενῆς
σκύμνον λεαίνης δυσμενῶν ἀναρπάσῃ;

Leo in comparatione semel tantum commemoratur Phil. 1436:

ἀλλ' ὡς λέοντε συννόμω φυλάσσετον
οὗτός σε καὶ σὺ τόνδε.

et semel extra comparationem fragm. 163, ubi Thetis describitur varias formas induens persequente Peleo: λέων, δράκων τε πῦρ, ὕδωρ.

Retia venatorum respiciuntur fragm. 671:

ὅρκοισι γάρ τοι καὶ γυνὴ φεύγει πικρὰν
ὠδῖνα παίδων, ἀλλ' ἐπὰν λήξῃ κακοῦ,
ἐν τοῖσιν αὐτοῖς δικτύοις ἁλίσκεται.

cf. fragm. 783: μολιβδὶς ὥστε δίκτυον κατέσπασεν.

Quamquam aucipis potius quam venatoris ars respicitur, memorabilis est comparatio quam videmus fragm. 382:

κάτω κρέμανται σπίζ' ὅπως ἐν ἕρκεσι [1]).

Dubitari potest de Ai. 154, utrum ad venationem referendus sit, an a rebus bellicis imaginem mutuatus sit Sophocles:

τῶν γὰρ μεγάλων ψυχῶν ἱεὶς
οὐκ ἂν ἁμάρτοις.

1) Cf. Ant. 343 sqq.

Ad priorem opinionem inclinare licet ratione habita scholiastae: *τροπικῶς ὡς ἐπὶ τῶν τοξευόντων κατὰ μεγάλου σώματος οἳ οὐχ ἁμαρτάνουσιν*: nisi forte ante oculos habuerit poeta sagittarios scopum petentes, sive de praemio certantes sive ut se exerceant [1]). Cf. Ant. 1033:

πάντες ὥστε τοξόται σκοποῦ
τοξεύετ' ἀνδρὸς τοῦδε·

hanc imaginem postea tenet Tiresias quum respondet vs. 1084:

τοιαῦτά σου, λυπεῖς γάρ, ὥστε τοξότης
ἀφῆκα θυμῷ καρδίας τοξεύματα
βέβαια, τῶν σὺ θάλπος οὐχ ὑπεκδραμῇ.

Ad sagittarios de praemio certantes pertinent verba chori de Oedipode, cui ut Sphingis aenigma solveret contigit, quod alii frustra tentaverant, OR. 1196:

ὅστις καθ' ὑπερβολὰν
τοξεύσας ἐκράτησε τοῦ
πάντ' εὐδαίμονος ὄλβου.

Usus bellicus sagittarum nos ducit ad reliquam armaturam, de qua postea videndum erit; nostro loco adnectere quaedam malo de canibus, ad quae animalia transeundi occasionem praebet Ai. 7: *εὖ δέ σ' ἐκφέρει κυνὸς Λακαίνης ὥς τις εὔρινος βάσις*, qui unicus locus est in fabulis ubi canis venaticus commemoratur; praeterea habemus fragm. 801: *ἀγωγεύς· ὁ ἱμὰς τῶν κυνηγετικῶν κυνῶν.*

Per metaphoram Furiae *κύνες* dicuntur, „weil sie dem „Missethäter auf der Ferse folgen wie Jagdhunde dem gehetzten Wild" [2]); res apparet Aesch. Eum. 924:

---

1) Ad belli usum hos locos refert Lueckius ib. III, pag. 11.
2) Nauck. ad El. 1388.

ὅρα, φύλαξαι μητρὸς ἐγκότους κύνας.

Ib. 1054: *σαφῶς γὰρ αἵδε μητρὸς ἔγκοτοι κύνες.*

Cf. Eum. 246: *τετραυματισμένος γὰρ ὡς κύων νεβρὸν*
πρὸς αἷμα καὶ σταλαγμὸν ἐκματεύομεν.

Haec exempla tenenda sunt ut recte intelligatur locutio Sophoclea *ἄφυκτοι κύνες* El. 1388. Furias eo nomine indicari statuit Nauckius, Orestem et Pyladem contra significatos esse contendit Radtkius [1]); scholiasta anceps haeret.

Equidem dixerim Nauckium rem recte intellexisse; Pylades enim in hac fabula partes agit nullas [2]), cui rei argumentum accedit quod gravissimum est: canis de homine dictum in eum summas contumelias congerit [3]), qualem notionem hic locus ex Antigone respuit.

Altera similitudo inde repetenda est, quod canes quasi hominum satellites et comites sunt, quod jam legimus apud Homerum Od. II, 10 sq.:

βῆ ῥ' ἴμεν εἰς ἀγορήν, παλάμῃ δ' ἔχε χάλκεον ἔγχος,
οὐκ οἶος· ἅμα τῷ γε δύω κύνες ἀργοὶ ἕποντο,

unde factum est ut aquila dicatur *κύων Διός* fragm. 766.

Semel *κύνες βοτῆρες* commemorantur, Ai. 297; saepe generali nomine dicuntur canes in locutione *κυσὶ προβάλλεσθαι* et similibus, quales sunt Ai. 830, Ant. 206, 257, 697, 1017, 1081.

---

1) Ib. pag. 13.
2) Vide Nauckium ad El. 15.
3) Cf. Hom. Il. VIII, 324:

ἀλλὰ σύ γ' αἰνοτάτη, κύον ἀδδεές, εἰ ἐτεόν γε
τολμήσεις Διὸς ἄντα πελώριον ἔγχος ἀεῖραι.

et Achillis verba ad Hectorem Il. XXII, 345:

μή με κύον γούνων γουνάζεο μηδὲ τοκήων.

Soph. fragm. 902: *σαίνουσα δάκνεις καὶ κύων λαίθαργος εἶ*; denique vulgaris usus comparativi *κύντερος*.

Sphinx nominatur ἡ ῥαψῳδὸς κύων OR. 391; schol.: κύνα δὲ αὐτὴν καλεῖ διὰ τὸ ἁρπακτικόν.

Operae pretium est etiam Radtkium audire: „antiquitus, „quod dirissimum quodque monstrum hoc nomine appellare „solebant, id quod Graecorum ille triceps Cerberus multae- „que fabulae nostrae gentis demonstrant, quae non tam „nostrae sunt quam omnium Indogermanorum, in quibus „monstruosa quaeque bellua fere ita describitur, ut magni „cuiusdam canis figuram recipiat."

Si cum hisce comparamus Il. XXII, 29:

ὅν τε κύν' Ὠαρίωνος ἐπίκλησιν καλέουσι·
λαμπρότατος μὲν ὅ γ' ἐστὶ, κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται,
καί τε φέρει πολλὸν πυρετὸν δειλοῖσι βροτοῖσι

facile intelligimus El. 66 si Orestes dicit, etiamsi mortis fama divulgata sit, se inimicos aggressurum esse et ἐχθροῖς ἄστρον ὣς λάμψειν ἔτι.

Praeterea notanda sunt fragm. 941 Σειρίου κυνὸς δίκην, fragm. 379, 11 κυνὸς ψυχρὰν δύσιν, fragm. 646 κυνηδόν· ὡς κυών.

Ad canes praesertim pertinent ea, quae verbo δάκνειν indicantur; per metaphoram hoc verbum usurpatur de qualibet re, quae animum commovet [1]). Tr. 1117:

δός μοι σεαυτὸν μὴ τοσοῦτον ὡς δάκνει
θυμῷ δύσοργος.

Phil. οὐ γάρ με τἄλγος τῶν παρελθόντων δάκνει, Trach. 254 ἐδήχθη τοῦτο τοὔνειδος λαβών; cf. Phil. 378, Ant. 317, Ai. 1119; unde Phil. 705 δακέθυμος ἄτα.

Accedit fragm. 721 ἔρωτος δῆγμα, et fragm. 232 b μουσομανεῖ δ' ἐλάμφθην δακέτῳ.

1) Cf. Verg. Aen. I, 264 haec te cura remordet.

Verbum σαίνειν, quod pariter proprie de canibus dicitur, — προσσαίνειν fragm. 928 —, ad pisces transfertur fragm. 700:

χορὸς δ' ἀναύδων ἰχθύων ἐπερρόθει,
σαίνοντες οὐραίοισι τὴν κεκτημένην.

Notabilis usus ejusdem verbi est fragm. 508:

ἡ δ' ἄρ' ἐν σκότῳ λαθοῦσά με
ἔσαιν' Ἐρινὺς ἡδοναῖς ἐψευσμένον.

Antigone de Ismene quam procul appropinquantem videt, dicit OC. 319: φαιδρὰ γοῦν ἀπ' ὀμμάτων σαίνει με προσστείχουσα; de voce dictum est Ant. 1214: παιδός με σαίνει φθόγγος.

Canum latratus si ad hominem transfertur, summum contemptum indicat; veluti in longo sermone, quo Electra a matre commissa scelera enumerat, et ubi narrat quam contumeliosa verba in filiam congerat, si forte rumorem audiverit venturum esse Orestam: El. 299 τοιαῦθ' ὑλακτεῖ.

Alio sensu legitur fragm. 58:

βοᾷ τις· ὢ ἀκούετ'· ἢ μάτην ὑλακτῶ;
ἅπαντα γάρ τοι τῷ φοβουμένῳ ψοφεῖ.

ubi dictum esse videtur de aliquo valde anxio, cuius vox metu efferata vix hominem sonat.

Etiam λύττα et λυττᾶν, de canibus proprie dicta [1]), crebro ad hominum insaniam transferuntur; quibus accedit λυσσαίνειν: Ant. 633 πατρὶ λυσσαίνων πάρει; cf. λύσσα μανιάς fragm. 678, 4 et λυσσώδη νόσον Ai. 452.

1) Cf. Plin. Nat. Hist. XXIX, 32: est vermiculus in lingua canum, qui vocatur a Graecis lytta, quo exempto infantibus catulis nec rabidi fiunt, nec fastidium sentiunt.

CAPUT IV.

Saepissime res pastoricias respicit poeta, quarum amoenitas in memoriam revocata sine dubio spectatoribus oblectationi fuit. Maximus numerus translationum repetendus est a verbo *βόσκειν*. Solem, qui omnis lucis colorisque et ipsius vitae fons est, haud incommode dicit OR. 1425: *τὴν πάντα βόσκουσαν φλόγα ἄνακτος Ἡλίου.*

Pulcherrimus locus est in Trachiniis, ubi Deianira juvenilis aetatis mala nondum expertae commoda celebrat: tota imago respicere videtur curam quam pastores impendunt ut animalia recens nata tueantur a nimio solis ardore, pluvia, ventis. Tr. 144:

τὸ γὰρ νεάζον ἐν τοιοῖσδε βόσκεται
χώροισιν αὑτοῦ, καί νιν οὐ θάλπος θεοῦ
οὐδ' ὄμβρος οὐδὲ πνευμάτων οὐδὲν κλονεῖ,
ἀλλ' ἡδοναῖς ἄμοχθον ἐξαίρει βίον.

Itidem Aiax moriturus postquam filium hortatus est ut vir si factus erit, insigni virtute hostibus monstret quo patre natus sit, optat ut, donec id tempus venerit, placida et quieta pueritia fruatur vs. 558:

τέως δὲ κούφοις πνεύμασιν βόσκου,

ad quae verba scholiasta dicit: *κούφῃ καὶ ἁπαλῇ ζωῇ· τῇ δὲ*

μεταφορᾷ τῶν μικρῶν φυτῶν ἐχρήσατο, ἅτινα οὐδὲν σφοδρὸν δύναται ὑποφέρειν, οὐ καύσωνα, οὐκ ἄνεμον. Si tamen consideramus locum illum e Trachiniis, rectius hanc imaginem ex Aiace eodem referemus, ut pullum equinum intelligamus, quum nuperrime dixerit Aiax vs. 548: *ὠμοῖς αὐτὸν ἐν νόμοις πατρὸς δεῖ πωλοδαμνεῖν*, etiam propter ipsum verbum *βόσκου*; *κοῦφος* opponitur ipsius Aiacis condicioni qualem cognovimus vs. 206 *θολερῷ κεῖται χειμῶνι νοσήσας.*

Ad omnium communem sperandi consuetudinem pertinet fragm. 687:

ἐλπὶς γὰρ ἡ βόσκουσα τοὺς πολλοὺς βροτῶν.

Cf. Ant. 1246: *ἐλπίσιν δὲ βόσκομαι.*

fragm. 518: *βόσκει δὲ τοὺς μὲν μοῖρα δυσαμερίας.*

El. 363: *ἐμοὶ γὰρ ἔστω τοὐμὲ μὴ λυπεῖν μόνον*
βόσκημα· τῆς σῆς δ' οὐκ ἐρῶ τιμῆς τυχεῖν [1]).

Phil. 308: *βόσκων ἀδηφάγον νόσον*; ib. 1167 *οἰκτρὰ γὰρ βόσκειν*; fragm. 144 *b* *δειλίαν ἣ βόσκεται.*

Huc denique pertinere jure censet Lueckius [2]) difficillimum locum, qui legitur Ai. 612 sqq.:

ὃν ἐξεπέμψω πρὶν δήποτε θουρίῳ
κρατοῦντ' ἐν Ἄρει· νῦν δ' αὖ φρενὸς οἰοβώτας
φίλοις μέγα πένθος ηὕρηται.

Nauckius verba *φρενὸς οἰοβώτας* corrupta esse censet; Lueckius autem in hoc loco enucleando perquam felix mihi quidem fuisse videtur, et primus vera odoratus esse.

Videamus quomodo ratiocinetur. Omnium primum statuit verba suspecta *φρενὸς οἰοβώτας* nihil significare posse

1) Cf. Lueck. ib. II, pag. 4 sq.
2) Ib. II, pag. 6.

nisi quod sit *μανίᾳ ξύναυλος* vs. 611 et *νοσῶν φρενομόρως* vs. 626; cf. schol.: *οὐ σὺν φρεσὶν ἀλλ' ἐκτὸς φρενῶν διάγων.*

Postquam aliorum opiniones refutavit Lueckius, sic pergit: „At ei, qui res rusticas aliquatenus noverit, statim in men„tem venire debet, denotari hoc loco morbum ovium cre„berrimum, qui verme quodam (taeniam, quae etiam Graecis „nota erat, plerique esse existimant) in cerebro insidente „efficitur. Ubi is irrepsit oves sese a ceteris segregant solae„que vagantur, simul in gyrum circumferuntur et tanquam „insaniae signa edunt, postremo miserrima tabe absumuntur. „Quin etiam hodie oves eo morbo correptae ab agricolis ut „mente captae designantur."

Quae cum rem acu tangere censeam, nihil addere opus est, nisi ut afferam locum, qui, etsi quod ad sententiam attinet, non plane pelluceat, tamen aliquatenus convenire videtur, fragm. 850: *ἀτιμαγέλης· ἀποστάτης τῆς ἀγέλης ταῦρος.*

Ad vitam pastoriciam etiam pertinere censet Lueckius Ai. 601: *Ἰδαίᾳ μίμνων λειμωνίᾳ ποίᾳ μήλων ἀνήριθμος αἰὲν εὐνόμαι*, quem graviter corruptum locum tam variis modis emendare conati sunt viri docti, ut difficilis optio sit; Lueckii opinionem tantum cito: retinet ille *λειμωνίᾳ* et *μήλων*, „nam" inquit, „etiam illud chorus in malis suis „numerat, quod bestiarum (ovium) more humi jaceat."

Notanda sunt composita: *γηροβοσκός* Ai. 570; *χειροβοσκός· ὁ διὰ χειρὸς ζῶν* fragm. 976; *ἀνθοβοσκός· ἀνθοτρόφον* fragm. 29; *ἐρρηνοβοσκός* sive *ἀρηνοβοσκός* fragm. 589.

Venimus ad verbum *νέμεσθαι*, quod de pascenti pecude dici solet; transfertur ad homines Phil. 706:

> *οὐ φορβὰν ἱερᾶς γᾶς σπόρον, οὐκ ἄλλων*
> *αἴρων, τῶν νεμόμεσθ' ἀνέρες ἀλφησταί.*

ubi etiam *φορβή* significatione translata dictum notandum

est, quum proprie pabulum animalium significet, v. c. equorum Il. V, 202, asini XI, 562; avium escam indicat apud Sophoclem Ai. 1065; de cibo hominum praeterea dictum est Phil. 43, 712, 1108, Ant. 775.

Etiam verbum *φέρβεσθαι* ad hominem transfertur Phil. 957, cf. fragm. 181 *ζῆ, πῖνε, φέρβου.*

Recte huc trahit Lueckius [1]) El. 1384:

> *ἴδεθ' ὅποι προνέμεται*
> *τὸ δυσέριστον αἷμα φυσῶν Ἄρης.*

Hic habemus, ut ille dicit, metaphoram „secundariam", „quae a pascendo orta primoque ad ignem conversa, inde „ad caedem quae paratur huc traducta est."

Denuo hic felicem fuisse in Sophocle interpretando virum doctum judico. Ignis enim interdum comparatur cum belua, veluti Aesch. Prom. 368:

> *ποταμοὶ πυρὸς δάπτοντες ἀγρίαις γνάθοις*
> *τῆς καλλικάρπου Σικελίας λευροὺς γυάς.*

cf. Choe. 325 *πυρὸς μαλερὰ γνάθος.*

Hac imagine cognita facile intelligimus cur verbum *νέμεσθαι* de igne jamdudum usu tritum fuerit apud poetas. Ipse Homerus jam habet.

Il. II, 779: *ὡς εἴ τε πυρὶ χθὼν πᾶσα νέμοιτο.*
XXIII, 177: *ἐν δὲ πυρὸς μένος ἧκε σιδήρεον ὄφρα νέμοιτο.*

Praeterea animadvertendum est ad duos locos Sophocleos:

Ai. 193: *ἀλλ' ἄνα ἐξ ἑδράνων ....*
ἄταν οὐρανίαν φλέγων. ἐχθρῶν δ' ὕβρις
ἀτάρβητος ὁρμᾶται
ἐν εὐανέμοις βάσσαις.

1) Ib. II, pag. 5.

et OR. 190: *Ἀρεά τε τὸν μαλερὸν, ὃς νῦν ἄχαλκος ἀσπίδων*
φλέγει με περιβόατον, ἀντιάζω.

Apparet igitur Martem „ignis attributis instructum fuisse", ut jure Lueckius statuit, unde usu venit ut *νέμεσθαι*, quod per metaphoram de igne dicebatur, per alteram metaphoram traductum sit ad belli deum.

Prati notio inest in verbo *σύννομος*, quod uxorem denotat OC. 340, maritum autem El. 600; neque distare videtur Phil. 1436: *λέοντε συννόμω* [1]).

Αὐλή indicat pecudum sedes fragm. 417: *βουστάθας αὐλάς*; hominum domicilium Trach. 203, 901, Phil. 152, alibi: sedes Nympharum Phil. 724 *πατρίαν ἄγει πρὸς αὐλὰν Μηλιάδων νυμφᾶν*; inde derivantur *ἐναυλιζειν* Phil. 33; et *ἔναυλος* Phil. 158.

Ad meram pastoriciam vitam pertinet OR. 1126, ubi Oedipus famulum rogat quale officium olim Laio praestiterit, et ubinam solitus sit greges pascere:

χώροις μάλιστα πρὸς τίσιν ξύναυλος ὤν;

Idem adjectivum translate usurpatur Ai. 611: *θείᾳ μανίᾳ ξύναυλος*. Sequitur compositum *πάραυλος* OC. 785: *ὡς πάραυλον οἰκίσῃς*, i. e. vicinum, et Ai. 893:

τίνος βοὴ πάραυλος ἐξέβη νάπους;

ubi scholiasta anceps haeret: *ἐγγὺς παρὰ τὴν αὐλὴν ἢ θρηνητικὴ παρὰ τοὺς αὐλούς*; priorem explicationem jure sequitur Nauckius.

Praeterea habemus fragm. 19, 2 *Νίσῳ δὲ τὴν ὅμαυλον ἐξαιρεῖ χθόνα*, fragm. 122: *ῥινὸν ἀγραύλου βοός*, cf. Ant. 349: *ἀγραύλου θηρός*.

---

1) Cf. Lueck. II, pag. 5.

Sues raro commemorantur; propter periphrasin notabile est fragm. 357:

συὸς μέγιστον χρῆμ' ἐπ' Οἰνέως γύαις
ἀνῆκε Λητοῦς παῖς ἑκηβόλος θεά.

et propter imaginem fragm. 720:

τυφλὸς γὰρ, ὦ γυναῖκες, οὐδ' ὁρῶν Ἄρης
συὸς προσώπῳ πάντα τυρβάζει κακά.

Pertractatis quae ad vocem *αὐλή* pertinent, hic locus idoneus esse videtur ut addantur quaedam quae cum cubili cohaerent.

Substantivum *εὐνή* in universum requiescendi locum denotat, quae significatio primaria variis notionibus adjectis variis modis deflexit. Traducitur ad:

α. hominum cubile, unde Selli, qui humi jacentes dormiunt, dicuntur *χαμαιεῦναι* [1]), cf. fragm. 184 *b* *χαμεύνη· ἡ ἐπὶ γῆς κατάκλισις*.

β. castra; Il. X, 408 *Τρώων φυλακαί τε καὶ εὐναί*.

γ. sepulcrum Il. II, 783 *ἐν Ἀρίμοισ' ὅθι φασὶ Τυφωέος ἔμμεναι εὐνάς*.

δ. lustra animalium; locus ubi cerva peperit significatur Il. XI, 112, cf. *εὐνὰς συσίν*. Od. XIV, 14; avis nidus dicitur *εὐνή* Ant. 425.

ε. naves; nam *εὐναί* quae ancorae vice olim fungebantur, in mare demissae manendi et quasi quiescendi locus erant.

Si haec tenemus, facile intelligimus metaphoras, quas habemus in verbis *εὐνάζειν*, *κοιμᾶν*, *κοιμίζειν*. Si singula genera distinguimus, pertinent ad:

α. Trach. 95: *αἰόλα νὺξ .... κατευνάζει .... φλογιζόμενον Ἅλιον.*

---

1) Il. XVI, 235; apud Sophoclem audiunt *χαμαικοιταί* Trach. 1166.

Trach. 106: οὔποτ' εὐνάζειν ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον.
Trach. 1242: σὺ γάρ μ' ἀπ' εὐνασθέντος ἐκκινεῖς κακοῦ.
Phil. 696: οὐδ' ὃς θερμοτάταν αἱμάδα κηκιομέναν ἑλκέων
ἐνθήρου ποδὸς ἠπίοισι φύλλοις
κατευνάσειεν.
Phil. 650: ᾧ μάλιστ' ἀεὶ κοιμῶ τόδ' ἕλκος.

OR. 870 de legibus quae semper vigebunt neque unquam oblivione obruentur: οὐδὲ μήποτε λάθα κατακοιμάσῃ.

Cf. OR. 1222: ἀνέπνευσά τ' ἐκ σέθεν
καὶ κατεκοίμασα τοὐμὸν ὄμμα.
Ai. 674: δεινῶν τ' ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε
στένοντα πόντον.

Dubitat scholiasta de Herculis verbis Trach. 1005: ἐᾶτέ με δύσμορον εὐνᾶσθαι· ἢ τὸ καθευδῆσαι ἢ τὸ ἀποθανεῖν.

γ. Herculis preces Trach. 1041: εὔνασον ὠκυπέτᾳ μόρῳ τὸν μέλεον φθίσας.

OR. 961: σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή.
Ant. 833: ᾇ (scil. Niobae) με δαίμων ὁμοιοτάταν κατευνάζει.
El. 508: ὁ ποντισθεὶς Μυρτίλος ἐκοιμάθη.
Ai. 831: καλῶ δ' ἅμα
πομπαῖον Ἑρμῆν χθόνιον εὖ με κοιμίσαι.

δ. OC. 1571: εὐνᾶσθαι, de Cerbero dictum.

Denique notandum est adjectivum εὐναῖος fragm. 184 a.

Ad res pastoricias etiam pertinet Trach. 529:

κἀπὸ ματρὸς ἄφαρ βέβακεν
ὥστε πόρτις ἐρήμα,

quae verba Lueckius insigne documentum habet mitis poetae ingenii [1]); neque ejusmodi plura desunt. Dignus quem compares versus est Phil. 701, ubi condicio describitur herois

1) Ib. I, pag. 8.

illius, qui licet habeat ἄφυκτα βέλη, ab omni auxilio destitutus, egens, aeger, tantum non fame absumitur in insula deserta:

εἷρπε δ' ἄλλοτ' ἄλλᾳ τότ' ἂν εἰλυόμενος
παῖς ἄτερ ὡς φίλας τιθήνας.

Cf. Trach. 526: ἐγὼ δὲ μάτηρ μὲν οἷα φράζω.
El. 233: ἀλλ' οὖν εὐνοίᾳ γ' αὐδῶ
μάτηρ ὡσεί τις πιστά.

Raro commemoratur ποιμήν sive νομεύς; notabilis est metaphora fragm. 379, 10 ubi gubernatores dicuntur νεῶν ποιμαντῆρες.

Observatione dignum est summopere Sophoclem operam dedisse ut eas res penitus cognosceret quas in fabulis respiciat, atque singulorum hominum munera ei prorsus ab omni parte nota fuisse.

Solemus omnes ad certum temporis spatium sive momentum denotandum nominare res quae cotidie eadem hora redeunt, atque imprimis hoc solitum est apud rusticos, quibus sol unicus fere temporis index est, dum ruri procul domo absunt; etiam magis hic usus sine dubio valuit apud priscas gentes quibus instrumenta accuratiora ad tempus cognoscendum deerant. Matutino tempore verbi gratia pastores, simulatque expergefacti sunt, pecori pabulum praebent. Huius usus gnarus Sophocles aliquem verba facientem inducit, qui ut indicet quod summo mane factum est, tempus sic definit fragm. 445:

ἑωθινὸς γὰρ πρίν τιν' αὐλιτῶν ὁρᾶν,
θαλλὸν χιμαίρᾳ προσφέρων νεοσπάδα,
εἶδον στρατὸν στείχοντα παραλίαν ἄκραν.

Cf. El. 17 sqq.

In ea fabula autem, quae in castris agitur, si Tecmessa narrat quo tempore Aiax tentorium suum reliquerit, eum profectum esse dicit vs. 285 *ἄκρας νυκτός, ἡνίχ᾽ ἕσπεροι λαμπτῆρες οὐκέτ᾽ ᾖθον.*

Cf. fragm. 351 *ἀσάλπιγκτον ὥραν· τὸ μεσονύκτιον, ἑσπέρας γὰρ καὶ ὄρθρου ἐσάλπιζον*, quem morem paulo post respicit Tecmessa vs. 289:

τί τήνδ᾽ ἄκαιρος οὔθ᾽ ὑπ᾽ ἀγγέλων
κληθεὶς ἀφορμᾷς πεῖραν οὔτε του κλύων
σάλπιγγος; ἀλλὰ νῦν γε πᾶς εὕδει στρατός.

Taurus in comparationem ducitur OR. 477. Post altercationem inter Oedipoda et Tiresiam hic horrenda vaticinatur: Laii parricidam pauperem caecum exulem erraturum esse, si apparuerit quam turpi matrimonio se obstrinxerit; sequitur chori canticum: quis tandem infanda perpetravit? fugit ille scelestus, persequuntur enim *τὸν ἄδηλον ἄνδρα* Jovis filius et Furiae:

φοιτᾷ γὰρ ὑπ᾽ ἀγρίαν
ὕλαν ἀνά τ᾽ ἄντρα καὶ
πέτρας ἅτε ταῦρος.

Schol.: *τὸ δὲ ἐξιχνεύειν* (vs. 476) *ἐπήγαγεν καὶ τὰ ἄλλα ὀνόματα τροπικῶς ὡς ἐπὶ ἄγρας ταύρων τῶν ὑπὸ πάντων ζητουμένων καλῶν.*

CAPUT V.

Difficile est in tanta tam variarum rerum copia singula genera ita distinguere atque segregare ut unumquodque comparationum et translationum genus ab omni parte perfectum atque exhaustum sit, praesertim cum plerique loci sint, partim de quibus dubitari potest propter ancipitem naturam cuinam generi rectius adscribantur, partim qui eadem de causa ad plura genera pertinent.

Valet illud de OR. 477 sqq. Attuli eos versus ubi de rebus pastoriciis agebamus, at si quis forte potius venationi eos adnumerabit, suo jure hoc faciet, atque arduum erit eum refellere propter loci ambiguitatem, quum verbum *ἰχνεύειν*, quod paulo ante praecessit, ad venatoris artem pertineat.

Itidem quae de Sirio vidimus alius alibi requiret; propter nomen *κύων* rem tractavi ubi de rebus venatoriis sermo erat; sed etiam eodem jure assignabuntur rebus pastoriciis, quum pastores pariter ac venatores canum ope indigeant; deinde nemo negabit pastores et venatores sidera interdum observare, quod itidem tamen cadit in agricolas, et omnium maxime in nautas.

Etiam alia accedunt quae nulli hominum generi propria cum sint nominanda, pluribus, nedum cunctis jucunda fuisse credibile est si in scaena canerentur, quia perpetuo ruranti-

bus et sub divo pernoctantibus sedulo observari penitusque cognosci solerent.

Alia denique sunt, quae non minus vitam urbanam quam vitam rusticam tangunt.

Ut pergamus explorare quae mihi proposui, eo redeamus, ubi disputatio substitit; i. e. ad comparationem cum tauro. Tauri imaginem adamant poetae ut subitum et vehementem dolorem representent, quum pectus „curarum fluctus" capere nequeat. Aiacis non erat alta voce lamentare, inbecillive instar res adversas deflere; ejus erat aut vincere aut mori, qualem heroem describit Ovidius [1]); largas querelas effundere secundum eum erat *κακοῦ καὶ βαρυψύχου*. Ferox bellator, ut eius strenuae naturae consentaneum erat, ubi furore sedato statum rerum cognovit, animi dolores comedere conabatur imoque corde reprimere. Res parum ei successit, perturbationis impetum vincere nequivit, diri clamores e pectore aliquotiens extorquentur. Ai. 321:

ἀψόφητος ὀξέων κωκυμάτων
ὑπεστένα ζε ταῦρος ὣς βρυχώμενος.

Cf. *δεινὰ βρυχηθείς* OR. 1265.

Alia ratio est sicubi Eriboea filii miserias audivit; gravissimis doloribus afficietur anus, quos reprimere neque poterit neque conabitur, sed moerore confecta nullum doloris signum non edet. Ai. 625:

λευκᾷ δὲ γήρᾳ μάτηρ νιν ὅταν νοσοῦντα
φρενομόρως ἀκούσῃ,
αἴλινον αἴλινον
οὐδ' οἰκτρᾶς γόον ὄρνιθος ἀηδοῦς

1) Metam. XIII, 390: ne quisquam Aiacem possit superare nisi Aiax.

ἥσει δύσμορος, ἀλλ' ὀξυτόνους μὲν ᾠδὰς
θρηνήσει, χεροπλάκτοι δ'
ἐν στέρνοισι πεσοῦνται
δοῦποι καὶ πολιᾶς ἄμυγμα χαίτας.

Hoc loco docemur *ὀξυτόνους ᾠδάς* clamare qui subito vehementi dolore afficiatur; opponitur flebilis lusciniae sonus, quocum comparari solent dolores nunquam intermittentes et qui ideo minus vehementer exprimuntur. El. 1074:

πρόδοτος δὲ μόνα σαλεύει
Ἠλέκτρα, τὸν ἀεὶ γόον
δειλαία στενάχουσ' ὅπως
ἁ πάνδυρτος ἀηδών.

Cf. ib. vs. 103: *ἀλλ' οὐ μὲν δὴ*
λήξω θρήνων στυγερῶν τε γόων,
ἔς τ' ἂν παμφεγγεῖς ἄστρων
ῥιπάς, λεύσσω δὲ τόδ' ἦμαρ.
μὴ οὐ τεκνολέτειρ' ὥς τις ἀηδὼν
ἐπὶ κωκυτῷ τῶνδε πατρῴων
πρὸ θυρῶν ἠχὼ πᾶσι προφωνεῖν.

Jam dicendum est de Ant. 423:

ἡ παῖς ὁρᾶται κἀνακωκύει πικρᾶς
ὄρνιθος ὀξὺν φθόγγον, ὡς ὅταν κενῆς
εὐνῆς νεοσσῶν ὀρφανὸν βλέψῃ λέχος.

Hoc loco poetam pariter lusciniam spectavisse contendit Hoppius [1]), quod ei non concedere possum. Ipse etiam sibi obloquitur; paulo ante enim dixit tragicos poetas lusciniae flebiles sonus ad acres et *nunquam intermittentes* querelas

1) De comparationum et metaphorarum apud tragicos Graecos usu pag. 29.

depingendas adhibere; quod recte se habet si tenemus ea quae observavimus ad locum illum ex Aiace; at nostro loco certo certius in utroque comparationis membro sermo est de dolore subito orto, qui non exprimi solet per comparationem cum lusciniae cantu; alterum argumentum accedit quod nullae aves non vociferari solent, si nidum vident pullis orbatum.

Quamquam nominatim non dicitur luscinia, eam tamen spectari ratio suadet Trach. 103:

> ποθουμένᾳ γὰρ φρενὶ πυνθάνομαι
> τὰν ἀμφινεικῆ Δηιάνειραν ἀεὶ
> οἷά τιν' ἄθλιον ὄρνιν
> οὔποτ' εὐνάζειν ἀδακρύτων βλεφάρων πόθον.

Difficilior locus est. Trach. 963:

> ἀγχοῦ δ' ἄρα κοὐ μακρὰν
> προὐκλαιον, ὀξύφωνος ὡς ἀηδών.

Nuperrime choro causa orta erat lugendi, cum Deianirae morte nuntiata eodem tempore Hercules lacerato corpore domum reduceretur. Non video cur Hoppius [1]) recedat a Schneidewini explicatione hoc ita dictum esse ut alta indicetur vox, (um das laute Wehklagen zu bezeichnen). Hoppius nititur hac in re eodem loco Ai. 625 sqq., ubi lusciniae querelae et ὀξύτονοι ᾠδαί inter sese opponuntur, atque censet ὀξύφωνος indicare „magis acrem et acerbam, quae per aures „in animum quasi penetret, quam magnam vocem"; ibi in Aiace tamen hae sententiae inter sese opponuntur: non flebili et submissa, sed alta voce Eriboea clamitabit, cf. vs. 851: ἥσει μέγαν κωκυτὸν ἐν πάσῃ πόλει, quod necessario

1) Ib. pag. 30.

idem esse debet quod ὀξυτόνους ᾠδὰς θρηνήσει; cf. Ant. 1079 φωνῆς δ' ἄπωθεν ὀρθίων κωκυμάτων κλύει τις, El. 242: ἴσχουσα πτέρυγας ὀξυτόνων γόων; contra Ai. 321 ἀψόφητος ὀξέων κωκυμάτων ὑπεστένα̣ζε.

Apparet igitur opinor ὀξύς adjectivum de voce dictum revera vocem altam significare; attamen ratione habita versuum illorum ex Aiace miramur adjectivum ὀξύφωνος de luscinia usurpatum.

Difficultas aliquatenus evanescit si interpungis non post προὐκλαιον, sed post ὀξύφωνος, ut adjectivum ad chorum referatur; manet tamen comparatio cum luscinia. Nisi forte mendum lateat, locus fortasse numerandus est inter eos, quibus freti viri docti statuunt Trachinias non ab omni parte eodem studio perfectam atque politam esse et reliquas fabulas [1]).

Objici potest quod OC. 671 luscinia dicitur λίγεια, at vero non negligendum est illius loci longe aliam naturam esse: iis locis de quibus vidimus avis miseriae et luctus respiciuntur, hic autem regionis amoenitatem depingit poeta, quam haud parvum augent aves clara voce canentes.

Palumbes semel in comparationem ducitur propter timidam naturam, quae metu injecto homines occupare solet, ut quasi rationis expertes unde salus repetenda sit non videant.

Initio Aiacis chorus semet ipsum cum palumbe comparat, ut exprimat quanto angore torqueatur auditis iis, quae Graeci exercitus duces de furibundi Aiacis atrocitate divulgant; vs. 137:

> σὲ δ' ὅταν πληγὴ Διὸς ἢ ζαμενὴς
> λόγος ἐκ Δαναῶν κακόθρους ἐπιβῇ,
> μέγαν ὄκνον ἔχω καὶ πεφόβημαι
> πτηνῆς ὡς ὄμμα πελείας.

1) Cf. Schmidt: de ubertate orationis Sophocleae I, pag. 19.

Nolim hic omittere emendationem, quam ante aliquot annos proposuit Herwerdenus [1]), et quae quantum video adhuc editores et interpretes latuit. Vir doctus legere vult: *πεφόβημαι φήνης ὡς οἶμα πέλεια*, quod sententiae optime accommodatum est; quodsi probatur exemplo fuisse statuendum est Il. XXII, 139:

> *ἠύτε κίρκος ὄρεσφιν, ἐλαφρότατος πετεηνῶν,*
> *ῥηιδίως οἴμησε μετὰ τρήρωνα πέλειαν.*

Aquilae mentione facta venimus ad Ant. 110:

> *ὃς ἐφ' ἡμετέρᾳ γῇ Πολυνείκης*
> *ἀρθεὶς νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων*
> *ὀξέα κλάζων*
> *αἰετὸς εἰς γῆν ὣς ὑπερέπτη.*

Locus non prorsus expeditus est; cf. Nauckii verba: „für die Worte *ὀξέα κλάζων ὑπερέπτη* ist als Subjekt zu „denken das Argeische Heer. Dies wird mit einem Adler „verglichen, der laut kreischend über den Boden hinfliegt „um seine Beute zu erspähen;" comparat deinde Il. XVI, 428:

> *οἱ δ', ὥς τ' αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες ἀγκυλοχεῖλαι*
> *πέτρῃ ἐφ' ὑψηλῇ μεγάλα κλάζοντε μάχωνται,*
> *ὣς οἱ κεκληγῶτες ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν.*

Pulchre chorus Ai. 167 sqq, solitum morem describit: fortem laedere verbis absentem eique maledicere audent homines futtiles et grandiloqui, sin autem is, in quem contumeliis probris risu invecti sunt, inopinato adest, perturbati isti tacent haud secus ac si avium minorum grex vulturem conspexit:

1) Studia critica: Verhandelingen der Koninklijke Acad. van Wetenschappen, afd. Letterk. VII.

> *ἀλλ' ὅτε γὰρ δὴ τὸ σὸν ὄμμ' ἀπέδραν,*
> *παταγοῦσιν ἅπερ πτηνῶν ἀγέλαι·*
> *μέγαν αἰγυπιὸν δ' ὑποδείσαντες*
> *τάχ' ἄν, ·ἐξαίφνης εἰ σὺ φανείης,*
> *σιγῇ πτήξειαν ἄφωνοι.*

Cf. *ἔπτηξα θυμόν*. OC. 1466.

Κράζειν proprium verbum est quod corvi clamores indicat; qui cum nunquam sine odio nominetur [1]), contemptum sentimus, quem continent Agamemnonis verba ad Teucrum Ai. 1236:

> *ποίου κέκραγας ἀνδρὸς ὧδ' ὑπέρφρονα;*

Idem valet de milvo, cuius mentio fit fragm. 890:

> *ἴκτινος ὣς ἔκλαγξε παρασύρας κρέας.*

Verbum *κλάζειν* apud Sophoclem tantum de avibus usurpatur [2]), Aeschylus de homine usurpat Agam. 188: *μάντις ἔκλαγξε*, cf. Soph. Trach. 207: *κοινὸς ἀρσένων ἴτω κλαγγά.*

Generali nomine aves saepius dicuntur; substantivum *ὄρνις* omne avium genus denotat: aquilam fragm. 141:

> *ὄρνιθα καὶ κήρυκα καὶ διάκονον,*

in universum aves rapaces Ai. 1065, aves canentes El. 18, hirundinem El. 149, columbas et alias quibus vescimur Phil. 955, cf. *ὄρνιθος ἀηδοῦς* Ai. 628, *ὄρνιθος πέρδικος* fragm. 300.

Deinde notanda est comparatio OR. 175:

> *ἄλλον δ' ἂν ἄλλῳ προσίδοις ἅπερ εὔπτερον ὄρνιν*
> *κρεῖσσον ἀμαιμακέτου πυρὸς ὄρμενον*
> *ἀκτὰν πρὸς ἑσπέρου θεοῦ,*

1) Hoppe, ib. pag. 27.
2) OR. 966, Ant. 112, 1002.

Quem locum recte Nauckius illustrat: „Der Vergleich mit „dem εὔπτερος ὄρνις geht zunächst auf die Raschheit, mit „welcher die erkorenen Opfer dem Hades zueilen . . . . , zu„gleich aber wird hier die Menge der Sterbenden angedeu„tet, welche wie Zugvögel ἄλλος ἐπ᾽ ἄλλῳ πέτονται, so „scharenweise hinsinken."

Translata significatione semel ὄρνις dicitur; OR. 52:

ὄρνιθι γὰρ καὶ τὴν τότ᾽ αἰσίῳ τύχην
παρέσχες ἡμῖν,

locorum numerus ubi aves respiciuntur tamen longe major est. Infantes interdum νεοσσοί dicuntur; convenit locutio Sophoclea OR. 16 οὐδέπω μακρὰν πτέσθαι σθένοντες, ubi Nauckius plura exempla contulit.

Verbum volandi traducitur ad animi statum commotum OC. 486 πέτομαι δ᾽ ἐλπίσιν, Ai. 693 ἔφριξ᾽ ἔρωτι, περιχαρὴς δ᾽ ἀνεπτόμαν, Ant. 1307 ἀνέπταν φόβῳ.

In eadem significatione usitatum est verbum αἴρεσθαι; notabilis est Ant. 111: ἀρθεὶς νεικέων ἐξ ἀμφιλόγων ὀξέα κλάζων αἰετὸς εἰς γῆν ὣς ὑπερέπτη; deinde OR. 915 ὑψοῦ αἴρει θυμὸν λύπαισι παντοίαισι et ejusmodi plura, quae contulit Hoppius [1]).

Quae celeritate excellunt saepe alata dicuntur; OC. 1460: Διὸς πτερωτὸς βροντή; dubitari potest de sagittis, utrum adjectivum πτηνός propria an translata significatione accipiendum sit [2]); de sagitta pennis instructa cogitari posse docent verba κομήτην ἰόν Trach. 567.

Etiam de ipsis avibus si sermo est, adjectivum πτηνός interdum additur ut celeritas et timiditas arguantur, Phil.

1) Ib. pag. 20.
2) Legitur Phil. 166, 711, 1110.

955, 1146, ὑπόπτερος Phil. 288, cf. πτωκάδες Phil. 1093, de quo viri docti dissentiunt, et Herculis verba celerem mortem implorantis Trach. 1042:

εὔνασον εὔνασον ὠκυπέτᾳ μόρῳ
τὸν μέλεον φθίσας.

Sequitur substantivum πτερόν, cuius usus notabilis est OC. 97: μὲ . . . . πιστὸν ἐξ ὑμῶν πτερὸν ἐξήγαγ᾽ ἐς τόδ᾽ ἄλσος. Venus alata fingitur fragm. 678, 11: νωμᾷ δ᾽ ἐν οἰωνοῖσι τοὐκείνης πτερόν.

Habemus fragm. 31: ὀρθόπτερον· ὀρθοὺς ἔχοντα κολωνούς, τοὺς γὰρ εἰς ὕψος ἀνέχοντα πτερὰ ἔλεγον. Cf. Ant. 985 ὀρθόποδος ὑπὲρ πάγου, Ant. 1203 τύμβον ὀρθόκρανον; πτερόν etiam ad nos pervenit fragm. 24, de quibus verbis non constat; ibi vide Dindorfium.

Πτέρυξ bis legitur per metaphoram adhibitum: Ant. 114: λευκῆς χιόνος πτέρυγι στεγανός, et El. 242: ἴσχουσα πτέρυγας ὀξυτόνων γόων.

Avium sortem sibi optant qui audiendi videndive desiderio in aetherem attolli cupiunt [1]); OC. 1081:

εἴθ᾽ ἀελλαία ταχύρρωστος πελειὰς
αἰθερίας νεφέλας κύρσαιμι τῶνδ᾽ ἀγώνων
ἐωρήσασα τοὐμὸν ὄμμα.

Fragm. 423:

γενοίμαν αἰετὸς ὑψιπέτας,
ὡς ἂν ποταθείην ὑπὲρ ἀτρυγέτου γλαυκᾶς ἐπ᾽ οἶδμα
λίμνας.

1) Cf. Hoppe, pag. 15.

Antequam animalia missa faciamus, dicendum est de Ant. 531. Supra vidimus milvum vix sine odio nominari; pariter si de angue sermo est, fastidium movetur; ab angue imaginem sumit Creon ut exprimat quam invisa sibi sit Ismenes misericordia sororis:

σὺ δ' ἣ κατ' οἴκους ὡς ἔχιδν' ὑφειμένη
λήθουσά μ' ἐξέπινες.

CAPUT VI.

Alia de causa personae tragicae interdum in aetherem attolli cupiunt quam ut avis instar plura videant; nempe ut praesenti malo quodam solvantur; quod ut fiat ventorum auxilium sibi implorant; chorus ne Herculem laceratum vulneribus aspiciat, optat Trach. 953:

εἴθ' ἀνεμόεσσά τις
γένοιτ' ἔπουρος ἑστιῶτις αὔρα,
ἥτις μ' ἀποικίσειεν ἐκ τόπων.

Phil. 1092:

εἴθ' αἰθέρος ἄνω
πτωκάδες ὀξυτόνου διὰ πνεύματος
ἕλωσί μ'. οὐ γὰρ ἔτ' ἴσχω [1]).

Cf. exsecratio in eum qui primus arma bellica Graeciae intulit, Ai., 1193:

---

1) Cf. Il. VI, 345:

ὥς μ' ὄφελ' ἤματι τῷ, ὅτε με πρῶτον τέκε μήτηρ,
οἴχεσθαι προφέρουσα κακὴ ἀνέμοιο θύελλα
εἰς ὄρος ἢ εἰς κῦμα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.

Od. XX, 63:

μ' ἀναρπάξασα θύελλα
οἴχοιτο προφέρουσα κατ' ἠερόεντα κέλευθα,
ἐν δὲ βάλοι προχοῇσ' ἀψορρόου Ὠκεανοῖο.

ὄφελε πρότερον αἰθέρα δῦ-
ναι μέγαν ἢ τὸν πολύκοινον Ἅιδαν.

Ut celeritas exhibeatur plures res cum ventis comparantur; novimus locutionem Homericum ἔπεα πτερόεντα, apud Sophoclem dicuntur ἀελλάδες φωναί fragm. 614; de equis legimus apud Homerum Il. XII, 149 ἅμα δὲ πνοιῇσ' ἐπέτέσθην, convenit Sophocleum ἀελλάδες ἵπποι OC. 467. Accedit denique Ant. 353 ἀνεμόεν φρόνημα, quod variis modis viri docti explicare conati sunt. Cogitationis celeritatem poeta indicare voluisse videtur et facultatem qua mentem inter cogitandum ad varias res convertimus [1]).

Ant. 343 nominatur κουφονόων φῦλον ὀρνίθων, et paulo post in eadem fabula vs. 616 κουφονόων ἐρώτων. Hoc altero loco metaphoram ab avibus repetendam esse, verisimilis est Hoppii opinio, praesertim cum amorem saepissime verbis a volatu petitis illustratum videamus, quin ipse Cupido alatus fingatur.

Adjectivum κοῦφος saepe celeritatis et levitatis notionem sententiae addit, veluti in custodis narratione in Antigone. Quandoquidem malus nuntius ei perferendus erat diu haesitaverat, atque poenarum metu impeditus cunctanter viam fecerat, ut ipse narrat vs. 223:

ἄναξ, ἐρῶ μὲν οὐχ ὅπως σπουδῆς ὕπο
δύσπνους ἱκάνω, κοῦφον ἐξάρας πόδα [2]).

Conveniunt Ai. 1287 ἅλμα κουφιεῖν; ib. 126 εἴδωλα ἢ κούφην σκιάν. Lenitatem animi juvenilis spectant OC. 1230: τὸ νέον

1) Cf. Nauck. ad hunc locum, et Hoppe, ib. pag. 20.

2) Ad notionem quam continent verba κοῦφον ἐξάρας πόδα cf. Vergil. Georg. III, 194:

per aperta volans, ceu liber habenis,
aequora vix summa vestigia ponat arena.

κούφας ἀφροσύνας φέρον; cf. Ai. 558: κούφοις πνεύμασι βόσκου.

Tempestates cum ruri vitam degentibus tum nautis magni momenti sunt, neque mirum est Sophoclem ab iis imagines aliquot mutuatum esse. Queritur Electra, postquam Orestam obiisse nuntiatum est, se vanae spei fidem habuisse; nunc omnia quae exspectavisset irrita fuisse; meliorem condicionem futuram quasi uno flatu subito ortae procellae instar Orestae mors disturbavit; vs. 1149:

νῦν δ' ἐκλέλοιπε ταῦτ' ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ
θανόντι σύν σοι· πάντα γὰρ συναρπάσας
θύελλ' ὅπως βέβηκας.

Per metaphoram e rebus maritimis depromptam θύελλα inter mortis causas nominatur OC. 1658:

οὐ γάρ τις αὐτὸν οὔτε πυρφόρος θεοῦ
κεραυνὸς ἐξέπραξεν, οὔτε ποντία
θύελλα κινηθεῖσα τῷ τότ' ἐν χρόνῳ.

Etiam aliis in rebus procellae imago adhibetur, ut describatur si quid horrendum est sive nimio impetu in nos invadit. Ai. 206: θολερῷ κεῖται χειμῶνι νοσήσας, Phil. 1494: χειμερίῳ λύπᾳ.

Eodem modo verbum χειμάζειν usurpatur; Philocteta tot malis gravatus de semet ipso vs. 1460: ἐμοὶ χειμαζομένῳ; Laii sanguis, qui tot malorum causa factus est, dicitur OR. 101 χειμάζειν πόλιν; Ant. 392: ταῖς σαῖς ἀπειλαῖς, αἷς ἐχειμάσθην τότε.

Ventorum solitum nomen est πνεῦμα El. 564, Ai. 674, Phil. 639, 643; translate dictum est OC. 612:

καὶ πνεῦμα ταὐτὸν οὔποτ' οὔτ' ἐν ἀνδράσιν
φίλοις βέβηκεν οὔτε πρὸς πόλιν πόλει.

πνεῦμα hic mentis mutabilitatem et levitatem denotat, ali-

quatenus igitur convenit cum *ἀνεμόεν φρόνημα*, de quo supra vidimus; cf. fragm. 13:

ἄνθρωπός ἐστι πνεῦμα καὶ σκιὰ μόνον.

Translato sensu fulmen bis commemoratur: OC. 1067: *πᾶς γὰρ ἀστράπτει χαλινός*, et fragm. 421, 2: *ἀστραπήν τιν' ὀμμάτων ἔχει.*

Nubes etiam raro nominantur; OR. 1313: *ἰὼ σκότου νέφος ἐμόν*; Trach. 831: *εἰ γάρ σφε Κενταύρου φονίᾳ νεφέλᾳ χρίει δολοποιὸς ἀνάγκα πλευρά*; doloris umbra significatur Ant. 528: *νεφέλη δ' ὀφρύων ὕπερ αἱματόεν ῥέθος αἰσχύνει.*

Nuntius qui narrat horrendum spectaculum quod praebebat Oedipus oculis privatus, OR. 1278 *μέλας*, inquit, *ὄμβρος χαλάζης αἱμάτων ἐτέγγετο.* Cf. Lucr. VI, 107 grandinis imbres; cf. *ὀμβρία χάλαζα* OC. 1503; *δύσομβρα βέλη* Ant. 359. Cephisus *πεδίων ἐπινίσσεται ἀκηράτῳ σὺν ὄμβρῳ* OC. 689.

Ros per metaphoram ad lacrimas transfertur Trach. 847: *ἀδινῶν χλωρὰν τέγγει δακρύων ἄχναν.*

Saepius flumina respiciuntur; pulcherrimus locus est in Oedipode Coloneo, ubi Oedipus longo itinere defessus famam de pio hospitio Atheniensium frustra divulgatam esse experitur, cum eo frui prohibeatur haud secus ac si sitiens ab aqua arceatur; vs. 258:

τί δῆτα δόξης ἢ τί κληδόνος καλῆς
μάτην ῥεούσης ὠφέλημα γίγνεται;

Ad fluminis imaginem quoque pertinet Ant. 129: *ῥεύματι πολλῷ προσνισσομένους*, ubi Nauckius comparat Aesch. Pers. 412 *ῥεῦμα Περσικοῦ στρατοῦ*; deinde Trach. 468: *ταῦτα ῥείτω κατ' οὖρον.*

Cum fluminis celeri decursu comparantur ea quae facile et cito dilabuntur. Deianira horrendum augurium narrans

de lana quae humi dejecta miro modo mox evanuit, dicit Trach. 697:

ῥεῖ πᾶν ἄδηλον καὶ κατέψηκται χθονί.

Ai. 1267 *χάρις διαρρεῖ*, ib. 523 *ἀπορρεῖ μνῆστις*; de mutabili sorte El. 999:

δαίμων δὲ τοῖς μὲν εὐτυχὴς καθ' ἡμέραν,
ἡμῖν δ' ἀπορρεῖ, κἀπὶ μηδὲν ἔρχεται,

quocum loco maxime convenit fragm. 713, 7:

χὤτανπερ αὐτῆς εὐγενεστάτη φανῇ,
πάλιν διαρρεῖ κἀπὶ μηδὲν ἔρχεται,

quod de luna dictum est, quae cotidie aspectum mutat. Hoc fragmentum duas ob causas notandum est: quia unicus locus est ubi apud Sophoclem luna commemoratur, et propter duplicem comparationem; ille nempe, qui hic loquitur suae vitae varias condiciones comparat cum rota volventi, statim subsequitur comparatio cum luna perpetuo formam mutante:

ἀλλ' οὑμὸς ἀεὶ πότμος ἐν πυκνῷ θεοῦ
τροχῷ κυκλεῖται καὶ μεταλλάσσει φύσιν.
ὥσπερ σελήνης δ' ὄψις εὐφρόνα δύο
στῆναι δύναιτ' ἂν οὔποτ' ἐν μορφῇ μιᾷ,
ἀλλ' ἐξ ἀδήλου πρῶτον ἔρχεται νέα,
πρόσωπον καλλύνουσα καὶ πληρουμένη.

Sed prius ad flumina redeundum est quam de aliis videamus. Habemus Trach. 919 *δακρύων θερμὰ νάματα*, eodem pertinet metaphora qua fontes respiciuntur: *παγὰ δακρύων* Ant. 803, Trach. 852; idem nomen transfertur ad audiendi facultatem OR. 1387: *εἰ τῆς ἀκουούσης ἔτ' ἦν πηγῆς δι' ὤτων φραγμός.* Cf. fragm. 655, 2 *νυκτὸς πηγάς*, et fragm. 378 *παγὰς ὑποπύρους.*

Praeter El. 66, quo de loco supra jam diximus, sidera spectant Trach. 129 sq.:

ἀλλ' ἐπὶ πῆμα καὶ χαρὰν
πᾶσι κυκλοῦσιν οἷον ἄρκτου στροφάδες κέλευθοι,

ubi comparatio evanescit si cum Nauckio χἰέν reponis pro οἷον; sic tamen oritur temporis designatio ex iis rebus petita quae certo intervallo redeunt, cuius rei exempla jam duo alia vidimus.

Jam huc usque habuimus sat magnam rerum copiam, quae poetae materiem suppeditarunt unde hauriens fabulas agresti venustate atque amoenitate imbueret, ut etiam hac de causa spectatoribus egregie placerent; ipsam naturam enim jucundam fuisse priscis illis hominibus constat, unde factum est ut visus ab ipsa natura ostentos poetae carminibus celebrarent[1]). Pulcherrimum eiusmodi exemplum habemus in Aiace. Ipsius verba sunt herois qui nuper tam graviter expertus est in humana vita nihil non mutari; tristis est ille, olim tanta gloria celebratus; nunc autem ne tolerabilem quidem vitam sibi superesse videt; estne tamen inaudita res? ne in ipsa natura quidem est quod duret; vs. 670:

τοῦτο μὲν νιφοστιβεῖς
χειμῶνες ἐκχωροῦσιν εὐκάρπῳ θέρει.
ἐξίσταται δὲ νυκτὸς αἰανῆς κύκλος
τῇ λευκοπώλῳ φέγγος ἡμέρᾳ φλέγειν·
δεινῶν τ' ἄημα πνευμάτων ἐκοίμισε
στένοντα πόντον· ἐν δ' ὁ παγκρατὴς ὕπνος
λύει πεδήσας, οὐδ' ἀεὶ λαβὼν ἔχει.

Ex ipsa natura imaginem etiam deprompsit Haemon, si

1) Cf. Verg. Aen. 1, 742 sqq.

patrem hortatur ut irae temperet neque resistat omnium voluntati; Ant. 712:

ὁρᾷς παρὰ ῥείθροισι χειμάρροις ὅσα
δένδρων ὑπείκει, κλῶνας ὡς ἐκσῴζεται,
τὰ δ' ἀντιτείνοντ' αὐτόπρεμν' ἀπόλλυται.

Nocturnum tempus metus saepe injicit atque periculosum esse solet praecipue iis, quorum salus et commoda e vigilantia pendent: bestiae noctu in greges invadunt; praedones caligine tecti furantur; eodem tempore etiam praecipue hostium doli metuendi sunt. Talia spectant Ai. 1211 sq.:

καὶ πρὶν μὲν ἐξ ἐννυχίου
δείματος ἦν μοι προβολὰ
καὶ βελέων θούριος Αἴας.

Cf. Trach. 29:

νὺξ γὰρ εἰσάγει
καὶ νὺξ ἀπωθεῖ διαδεδεγμένη πόνον

et Nauckii: „die Nacht ist als dämonisches Wesen gedacht, „welches immer neue Sorgen in den Thalamos der Deianira „einführt;" OR. 198: εἴ τι νὺξ ἀφῇ, τοῦτ' ἐπ' ἦμαρ ἔρχεται; Antigones verba post Oedipodis mortem OC. 1683: νῷν δ' ὀλεθρία νὺξ ἐπ' ὄμμασιν βέβακεν, fragm. 377:

τῷ γὰρ κακῶς πράσσοντι μυρία μία
νύξ ἐστιν.

Ad mortem refertur OC. 1558 ἐννυχίων ἄναξ Αἰδωνεῦ; eodem pertinet substantivum σκότος OC. 1701; Antigone patrem mortuum alloquitur:

ὦ τὸν ἀεὶ κατὰ γᾶς σκότον εἱμένος.

Idem nomen adhibetur si quis quid tecte et dolose struit. Ant. 493:

φιλεῖ δ᾽ ὁ θυμὸς πρόσθεν ᾑρῆσθαι κλοπεὺς
τῶν μηδὲν ὀρθὸν ἐν σκότῳ τεχνωμένων.

cf. El. 1396, 1494. Trach. 596. Phil. 578. fragm. 508, 3.

Cunctis mortalibus magni momenti est ignis, qui variis modis apud Sophoclem respicitur. Non ineptum videtur exordiri ab eo igne cotidiano qui cunctis communis est, a sole, qui dicitur OR. 1425 φλὸξ ἄνακτος Ἡλίου. Nimium solis ardorem significat θάλπος θεοῦ Trach. 145, quod nomen recurrit Ant. 1085:

ἀφῆκα θυμῷ καρδίας τοξεύματα
βέβαια τῶν σὺ θάλπος οὐχ ὑπεκδραμῇ.

Attendendum est ad scholiastae explicationem: θάλπος· τὴν δριμύτητα, τὸν ἐμπρησμόν, τὸν ἰόν· θάλπος γὰρ τὸ καῦμα, ἐκ μεταφορᾶς δὲ τῶν ἑρπετῶν· ἐκεῖνα γὰρ θερμαινόμενα τὸν ἰὸν ἀφίησι διὸ καὶ ἐν θέρει μᾶλλον ἰσχύουσιν.

Cf. Trach. 1082: ἔθαλψεν ἄτης σπασμός; Phil. 38: θάλπεται ῥάκη βαρείας νοσηλείας πλέα.

Solis ortus spectatur Trach. 203 sq.:

ὡς ἄελπτον ὄμμ᾽ ἐμοὶ
φήμης ἀνασχὸν τῆσδε νῦν καρπούμεθα.

Schol.: ἀνασχὸν δὲ ἀναφανέν, ἀνατεῖλαν ἐκ μεταφορᾶς τοῦ ἡλίου.

Calefiendi verba saepe transferuntur ad animi affectus: ad gaudium El. 887: ἐς τί μοι βλέψασα θάλπῃ τῷδ᾽ ἀνηκέστῳ πυρί; ad amorem Trach. 364: ἐκτεθέρμανται πόθῳ. Cf. fragm. 421:

τοίανδ᾽ ἐν ὄψει λύγγα θηρητηρίαν
ἔρωτος, ἀστραπήν τιν᾽ ὀμμάτων ἔχει·
ἐκθάλπεται μὲν αὐτὸς, ἐξοπτᾷ δ᾽ ἐμέ [1]).

1) Cf. Verg. Aen. IV, 2: caeco carpitur igni.

ad spem Ai. 478: κεναῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται; ad iram OC. 434: ἔζει θυμός, quae locutio nos ducit ad eos locos ubi minus ignis quam incendii notio agnoscenda est: ipsa etiam ira incendii similis furit, unde factum est ut verba exstinguendi eo traducerentur, velut Il. IX, 678 σβέσσαι χόλον. Furor Aiacis, qui necandi desiderio efferatus cunctis ducibus caedes parabat, pestiferi ignis haud dissimilis erat; hanc imaginem ante oculos habuisse videtur poeta cum scriberet Ai. 1057:

κεἰ μὴ θεῶν τις τήνδε πεῖραν ἔσβεσεν,
1059. θανόντες ἂν προὐκείμεθ᾽ αἰσχίστῳ μόρῳ.

Eandem notionem continent Oedipodis verba OC. 421:

ἀλλ᾽ οἱ θεοί σφι μήτε τὴν πεπρωμένην
ἔριν κατασβέσειαν.

Convenit imago Ai. 194:

ἀλλ᾽ ἄνα ἐξ ἑδράνων, ὅπου μακραίωνι
στηρίζῃ ποτὲ τᾷδ᾽ ἀγωνίῳ σχολᾷ
ἄταν οὐρανίαν φλέγων [1]). ἐχθρῶν δ᾽ ὕβρις
ἀτάρβητος ὁρμᾶται
ἐν εὐανέμοις βάσσαις.

Hic locus nos ducit ad verbum φλέγειν, quod adhibetur de rebus quae nos graviter laedunt; ad pestem transfertur OR. 190:

Ἄρεά τε τὸν μαλερόν, ὃς νῦν ἄχαλκος ἀσπίδων
φλέγει με, περιβόητος ἀντιάζω.

Cf. OR. 166 φλόγα πήματος.

Ad concitatum animum transfertur OC. 1695: μηδὲν ἄγαν

1) „Das Unheil zu himmelhohem Brande entflammend." Nauck.

φλέγεσθον; vide etiam fragm. 320: φλέγει δὲ μυκτήρ, quod dictum est de tauris, qui ignem naribus efflant.

Notionem pestiferam imprimis continet substantivum πῦρ. In Oedipode Rege chorus Apollinem, qui una cum Furiis Laii parricidam persequitur et qui eum assecuturus est quamvis celerrime aufugerit, igne instructum fingit vs. 469:

ἔνοπλος γὰρ ἐπ' αὐτὸν ἐπενθρῴσκει
πυρὶ καὶ στεροπαῖς ὁ Διὸς γενέτας.

cf. Ant. 127: (Ζεὺς) παλτῷ ῥίπτει πυρί, et adjectivum πυρφόρος Phil. 1198. Ant. 135. OR. 27, 200. OC. 55.

Pestis homines in Orcum demittere dicitur OR. 176: κρεῖσσον ἀμαιμακέτου πυρός; cf. Ant. 618: πρὶν πυρὶ θερμῷ πόδα τις προσαύσῃ.

Translata significatione nomen occurrit ubi Philocteta, a Neoptolemo deceptus, postquam fraudem perspexit, eum increpat vs. 927: ὦ πῦρ σὺ καὶ πᾶν δεῖμα.

Sentimus acerbitatem, quam Creontis verba continent et malorum magnitudinem Ant. 199:

ὃς γῆν πατρῴαν καὶ θεοὺς τοὺς ἐγγενεῖς
φυγὰς κατελθὼν ἠθέλησε μὲν πυρὶ
πρῆσαι κατ' ἄκρας.

Cf. Ant. 286 ἦλθε πυρώσων; OC. 1319 τὸ Θήβης ἄστυ δῃώσειν πυρί.

Hisce adnectendum est verbum αἴθειν, quod apud Sophoclem raro legitur; habemus Phil. 1033: αἴθειν ἱερά, Ai. 286: λαμπτῆρες οὐκέτ' ᾖθον, unde per metaphoram oriuntur Ai. 147 αἴθωνι σιδήρῳ, ib. 222 ἀνέρος αἴθονος, ib. 1088 αἴθων ὑβριστής.

Denique sequitur verbum μαραίνειν, quod Lueckio a principio non exstinguendi sed marcefaciendi notionem habuisse

videtur[1]). Quod si verum est, tamen metaphora perquam obsoleta sit oportet, quum apud Homerum jam verbum de flamma adhibeatur: Il. IX, 212 φλὸξ ἐμαράνθη. Apud Sophoclem habemus Ai. 714: πάνθ' ὁ μέγας χρόνος μαραίνει, et OR. 1328 ὄψεις μαρᾶναι, quod recte vertitur per: oculorum lumen exstinguere; marcescendi notio ab hoc loco certo aliena est; tertius locus accedit OC. 1259, qui ad nos pervenit: πόνος πλευρὰν μαραίνων. Scaliger scripsit πίνος, deinde Lueckius μίαινων; recte, nisi forte locutio explicari possit itineris difficultatibus senis vires (latera) debilitari. Cf. vs. 18 sq., 1362 sqq.

1) Lueck. ib. pag. 14.

CAPUT VII.

Hisce rebus ad finem perductis redeundum est ad comparationum genera, quae certa hominum munera respiciunt. Omnium primum videamus de iis, quae ad res rusticas pertinent.

Ex iis exemplum sumit Agamemnon, ubi Teucrum acerbissime perstringit: non homines magno corpore praeditos, verum sapientes plus valere; quod ut illustret, dicit Ai. 1253:

μέγας δὲ πλευρὰ βοῦς ὑπὸ σμικρᾶς ὅμως
μάστιγος ὀρθὸς εἰς ὁδὸν πορεύεται.

Eodem pertinet imago, qua utitur Creon: nuntius venit Polynicem, urbis principe vetante nihilominus furtim humatum esse; id factum esse ab hominibus qui suum imperium jam diutius inviti tulerint inde efficit Creon Ant. 289:

ἀλλὰ ταῦτα καὶ πάλαι πόλεως
ἄνδρες μόλις φέροντες ἐρρόθουν ἐμοί,
κρυφῇ κάρα σείοντες, οὐδ' ὑπὸ ζυγῷ
λόφον δικαίως εἶχον [1]).

1) E dramate satyrico commemoranda est comparatio fragm. 149:

ὅδ' ἀνὴρ οὐ πρὶν ἂν φάγῃ καλῶς
ὅμοια καὶ βοῦς ἐργάτης ἐργάζεται.

Accedit verbum ὑποζευγνύναι. Ai. 24 Ulysses, dum Aiacis vestigia explorat ut appareat utrum facinoris suspicio in eum cadat necne, Minervae se ultro hoc munus suscepisse narrat: 'θελοντὴς τῷδ' ὑπεζύγην πόνῳ. Gravem servitudinem prospiciens Tecmessa dicit Ai. 944: πρὸς οἷα δουλείας ζυγὰ χωροῦμεν, quae locutio recurrit fragm. 518: τοὺς δὲ δουλείας ζυγὸν ἔσχεν ἀνάγκας.

Cf. Ai. 123: ἄτῃ συγκατέζευκται κακῇ, vs. 736 νέας βουλὰς νέοισιν ἐγκαταζεύξας τρόποις; Phil. 1025: σὺ μὲν κλοπῇ τε κἀνάγκῃ ζυγεὶς ἔπλεις ἅμ' αὐτοῖς.

Cf. fragm. 136 ζευξίλεως· ᾧ ὑπεζευγμένοι εἰσὶ λαοί.

Praeterea verbum ζευγνύναι ad res conjugales transferri solet; OR. 825: ἢ γάμοις με δεῖ μητρὸς ζυγῆναι; Trach. 536: κόρην γὰρ οἶμαι δ' οὐκέτ' ἀλλ' ἐζευγμένην; fragm. 517, 11: ἐπειδὰν εὐφρόνη ζεύξῃ μία.

Opponuntur OC. 1055 ἀδμῆτες, OC. 1321 ἄδμητος, cf. El. 1239: ἀλλ' οὐ τὰν Ἄρτεμιν τὰν αἰὲν ἀδμήταν.

Eodem pertinere verbum δαμάζειν contendit Lueckius [1]) Ant. 826:

τὰν κισσὸς ὡς ἀτενὴς
πετραία βλάστα δάμασεν.

Rectissime virum doctum enucleare judico [2]) Ai. 61 verba ἐπειδὴ τοῦδ' ἐλώφησεν πόνου.

Constat λόφος proprium nomen esse quod collum indicet, cf. Ant. 291 οὐδ' ὑπὸ ζυγῷ λόφον δικαίως εἶχον. Putat Lueckius huius vocis significationem Graecos sensisse etiam in verbo λωφᾶν, quod vim frequentativam habere necesse sit: inter λόφος et λωφᾶν eandem rationem intercedere quam inter νόμος et νωμᾶν, τρόπος et τρωπᾶν.

1) Ib. I, pag. 8 sq.
2) Ib. I, pag. 12 sq.; vide etiam III, pag. 3, adnot. marg.

Quae scholiasta adnotavit: ἐπαύσατο· ἀπὸ τῶν ὑποζυγίων· ὅθεν καὶ τὸ εὐλόφως φέρειν, certe Lueckii opinioni favent, colli notionem in eo verbo sentiri; λωφᾶν igitur, ratiocinatur vir doctus, nihil aliud potest significare nisi collum quatere, collum huc illuc versare; quod jumenti certe est quod labore finito modo jugo solvisti.

Hisce absolutis jam transeundum est ad ipsam agriculturam, cuius amans fuisse videtur Sophocles; exceptis enim rebus nauticis nihil toties respicit.

Cum proximo loco de jumentis viderimus, recte hisce omnium primum subjunguntur quaedam de verbo ἀρόω et similibus.

Ad intimas agriculturae rationes revocandus est locus, ubi ἄροτος annum significat, Trach. 69:

τὸν μὲν παρελθόντ᾽ ἄροτον ἐν μήκει χρόνου
Λυδῇ γυναικί φασί νιν λάτριν πονεῖν.

Cf. Trach. 824 ὁπότε τελεόμηνος ἐκφέροι δωδέκατος ἄροτος, ubi vide Nauckii annotationem; praeterea idem substantivum fruges denotat OR. 270:

εὔχομαι θεοὺς
μήτ᾽ ἄροτον αὐτοῖς γῆς ἀνιέναι τινα [1]).

Pariter ad agriculturam pertinet imago qua utitur Deianira; deflet diuturnam mariti absentiam, qua factum est ut pater ab ipsius suis liberis paene alienatus sit; raro tantum eos videt agricolae instar, qui remotum agrum non visit nisi serendi metendive tempore; Trach. 31:

κἀφύσαμεν δὴ παῖδας, οὓς κεῖνός ποτε
γήτης ὅπως ἄρουραν ἔκτοπον λαβών,
σπείρων μόνον προσεῖδε κἀξαμῶν ἅπαξ.

1) De vocis accentu non omnes consentiunt; alii ἄροτον, alii ἀροτόν scribunt.

Notandum denique est fragm. 298 *a*:

ἐν Διὸς κήποις ἀροῦσθαι μόνον εὐδαίμονας ὄλβους.

Animadvertendum deinde est verbum ἀμᾶν, quod proprie dicitur de frumentum metentibus; v. c. apud Homerum Il. XVIII, 550:

ἐν δ᾽ ἐτίθει τέμενος βαθυλήιον· ἔνθα δ᾽ ἔριθοι
ἤμων, ὀξείας δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες.

Alio sensu occurrit apud Sophoclem fragm. 479: herbas exsecare, ut vertit Macrobius:

αἱ δὲ καλυπταὶ
κίσται ῥιζῶν κρύπτουσι τομάς,
ἃς ἥδε βοῶσ᾽ ἀλαλαζομένη
γυμνὴ χαλκέοις ἤμα δρεπάνοις.

Deinde transfertur ad arborem quae radicitus evellitur duobus locis qui propter aliam quoque metaphoram notabiles sunt; gens enim cum arbore comparatur, cuius radices sunt liberi; Ai. 1178: γένους ἅπαντος ῥίζαν ἐξημημένος, cf. Ant. 599:

νῦν γὰρ ἐσχάτας ὑπὲρ
ῥίζας ὃ τέτατο φάος ἐν Οἰδίπου δόμοις,
κατ᾽ αὖ νιν φοινία θεῶν τῶν
νερτέρων ἀμᾷ κοπίς.

Per eandem metaphoram habemus El. 765 πρόρριζον ἔφθαρται γένος, et ib. 510 de Myrtilo, qui ultima suae gentis stirps erat:

παγχρύσων ἐκ δίφρων
δύστανος αἰκίαις
πρόρριζος ἐκριφθείς.

Denique habemus fragm. 550: ἀμάσεται, quod secundum Hesychium significat σφάξει.

Verbum ῥιζόω semel tantum legitur, OC. 1591: ἀφῖκτο ὀδὸν χαλκοῖς βάθροις γῆθεν ἐρριζωμένον.

Sed redeundum est ad verbum ἀρόω. In universum permultae metaphorae, ab agricultura depromptae, ad matrimonium transferuntur. Sic verbum ἀρόω adhibetur OR. 1417: τὴν τεκοῦσαν ἤροσεν; cf. ib. 1485 ὃς ὑμῖν πατὴρ ἐφάνθην ἔνθεν αὐτὸς ἠρόθην. Eodem modo substantivum ἄρουρα usurpatur OR. 1257: μητρῴαν ὅπου κίχοι διπλῆν ἄρουραν οὗ τε καὶ τέκνων, et adjectivum ἀρώσιμος, quod abjecte adhibet Creon ut filium, sponsae amore neglecto, moneat alias virgines superesse, omnia tantum ad libidinem referens, Ant. 569:

ἀρώσιμοι γὰρ χἀτέρων εἰσὶν γύαι.

Videmus hoc loco etiam usum vocis γύης; convenit OR. 1211: πατρῷαι ἄλοκες. Adjectivum χέρσος, quod dici solet de terra infecunda, traducitur ad Oedipodis filias, quibus nunquam proles erit OR. 1502.

Ad arandi artem etiam pertinat imago, quam habemus Phil. 1238:

δὶς ταὐτὰ βούλει καὶ τρὶς ἀναπολεῖν μ' ἔπη;

schol.: ἀπὸ τῶν δεύτερον ἀναπολούντων τὴν ἠροτριαμένην γῆν; cf. Nauck. ad hunc locum. Suspicio oritur, num forte huc etiam trahendum sit nomen θαλαμηπόλος OR. 1209.

Jam dicendum est de verbis Neoptolemi Phil. 162 sq.:

δῆλον ἔμοιγ' ὡς φορβῆς χρείᾳ
στίβον ὀγμεύει τῇδε πέλας που.

Lueckius hunc locum tractavit I, pag. 15, ubi aliorum opiniones percenset: sunt qui dicant imaginem depromptam esse a metentibus; alii tamen existimant aratrum respici tarde progrediens. Lueckius tertiam addit explicationem:

„potest similitudo deprompta esse ab iis, qui reapse ὀγμεύουσι „sive sulcos ducunt, i. e. a bobus aratoribus, quorum gressui „tardo et difficili apte incessus Philocteteus contendi potuit.” Provocat tum vir doctus ad vs. 291: εἰλυόμην δύστηνον ἐξέλκων πόδα, et vs. 701: εἷρπε γὰρ ἄλλοτ' ἄλλᾳ τότ' ἂν εἰλυόμενος; deinde pergit: „perbene profecto haec congruunt cum „gressu quem habent εἰλίποδες. At vero potest etiam voca„bulum referendum esse ad messores, non ideo, quod recta „procedunt, sed quod gressu utuntur prorsus singulari maxi„meque impedito, nec dissimiles sunt claudicantibus.”

Hac in re virum doctum ceteroquin acutum a veritate remotum esse puto. Paulo ante refellere conatus est Wunderum et Weckleinium, quibus de aratro cogitandum esse placuit; rogat Lueckius: „ecquae autem similitudo est inter „aratri vestigium nunquam intermissum et gressum Philoc„tetae, qui pedem quamvis ex ulcere claudum nunc attol„lere nunc ponere debet?”

Hoc ipsum tamen dubitari potest, si fidem habes verbis vs. 291 δύστηνον ἐξέλκων πόδα, quae ni fallor nihil significant nisi: pedem laceratum super terram attrahens ita ut leviter arenam inscribat atque viam quasi sulco signet.

Idem sensisse videtur scholiasta, qui adnotat ad verba τότ' ἂν εἰλυόμενος· κυλιόμενος, χερσὶν ἐπερειδόμενος καὶ ἕλκων τὰ σκέλη ὡς νήπιος παῖς ἄνευ τιθήνης τετραποδηδὸν βαδίζων, et fortasse etiam Nauckius idem voluit: „Das langsame Hin„ziehen der Spur, welche der Pflug in dem Acker hinter„lässt, dient als treffendes Bild für das Fortschleppen des „kranken Fusses.”

Verbum σπείρειν de patre dici notissimum est, legitur v. c. Ai. 1293 Ἀτρέα δ' ὃς αὖ σ' ἔσπειρε δυσσεβέστατον; filius autem ἐσπάρη OR. 1498; eodem pertinet ὁμοσπόρος OR. 460.

Per metaphoram depromptam ab agricolis, qui semen

manu agro spargunt famam divulgare per *σπείρειν* significatur Ant. 641:

μὴ σὺν φθόνῳ τε καὶ πολυγλώσσῳ βοῇ
σπείρῃ ματαίαν βάξιν ἐς πᾶσαν πόλιν.

Cf. fragm. 585:

μὴ σπεῖρε πολλοῖς τὸν παρόντα δαίμονα.
σιγώμενος γάρ ἐστι θρηνεῖσθαι πρέπων.

Substantivum *σπέρμα* liberos significat; v. c. Phil. 364: *ὦ σπέρμ' Ἀχιλλέως*; deinde indicat originem OR. 1076:

τοὐμὸν δ' ἐγώ,
κεἰ σμικρόν ἐστι, σπέρμ' ἰδεῖν βουλήσομαι

et OC. 215: *τίνος εἶ σπέρματος ὦ ξένε φώνει πατρόθεν.*

Pariter *σπορά* prolem indicat Trach. 316: *Εὐρύτου σπορά τις ἦν*; plenior locutio occurrit Ant. 1164 *τέκνων σπορά*; etiam indicat originem Ai. 1298:

τοιοῦτος ὢν τοιῷδ' ὀνειδίζεις σποράν;

Verbum *φυτεύειν* proprie de arboribus dictum significat: arbores ponere. Legitur Il. VI, 419:

περὶ δὲ πτελέας ἐφύτευσαν νύμφαι ὀρεστιάδες;

cf. *φύτευμα* OC. 697.

Per metaphoram dicitur de patre, qui audit *ὁ φυτεύσας πατήρ* OR. 793, sive simpliciter *ὁ φυτεύσας* Trach. 1244, idem usus est verbi *φιτύειν*, quod eodem modo ad patrem transfertur Ant. 645:

ὅστις δ' ἀνωφέλητα φιτύει τέκνα,

unde ipse dicitur *ὁ φιτύσας πατήρ*; deinde *φυτοσπόρος* Trach.

359, *φυτάλμιος πατήρ* fragm. 957; *φυτουργὸς πατήρ* OR. 1482. Notandus est usus vocis *φυτάλμιος* OC. 151, ubi chorus rogat Oedipoda num fuerit caecus inde ab origine:

ἆρα καὶ ἦσθα φυτάλμιος δυσαίων;

Verbum *φυτεύειν* per zeugma traducitur ad patrem et matrem OR. 1404: *νὼ γὰρ ὣ ἐφυτεύσαμεν.*

Deinde de aliis rebus dicitur OR. 873: *ὕβρις φυτεύει τύραννον*; Ai. 953 *Παλλὰς φυτεύει πῆμ' Ὀδυσσέως χάριν* [1]).

Latissime patet usus verbi *βλαστάνειν*, quod primaria significatione semel tantum apud Sophoclem legitur, El. 422: *ἄνω βλαστεῖν βρύοντα θαλλόν*, cf. *βλάστη* fragm. 296.

Ad hominum ortum traducitur El. 966: *ὥστε σόν ποτ' ἢ κἀμὸν γένος βλαστεῖν ἐᾶσαι*; liberi dicuntur e parentibus *βλαστεῖν*; Ai. 1305: *ἄριστος ἐξ ἀριστέοιν δυοῖν βλαστών.* Ad aves transfertur El. 1060.

Saepius occurrit verbum *βλαστάνειν* cum adjectivo junctum, ut fere conveniat cum verbo *εἶναι*; nec tamen prorsus idem est: nempe *βλαστάνειν* sic usurpatum rerum naturam sive condicionem denotat quae iis perpetuo propria iisque fere innata est [2]); Ai. 763 *ἀνθρώπου φύσιν βλαστών*, El. 439 *τλημονεστάτη γυνὴ πασῶν ἔβλαστε* (scil. Clytaemnestra), ib. vs. 1081: *τίς ἂν εὔπατρις ὧδε βλάστοι*, ib. vs. 1095: *ἃ δὲ μέγιστ' ἔβλαστε νόμιμα*, Ant. 295:

οὐδὲν γὰρ ἀνθρώποισιν οἷον ἄργυρος
κακὸν νόμισμ' ἔβλαστε.

1) Cf. OR. 347 *ξυμφυτεῦσαι τοὔργον.*

2) Eandem vim habere participium *γεγώς* observavit F. G. Schmidt: de ubertate orationis Sophocleae I, pag. 5: v. c. *νεάζων καὶ χρόνῳ μείων γεγώς* OC. 374, *Ἀργεῖος γεγώς* ib. 1316 *ἐσθλὸς γεγώς* El. 24, alibi.

Idem sensisse Nauckius videtur, qui El. 238: *ἐν τίνι τοῦτ᾽ ἔβλαστ᾽ ἀνθρώπων* verterit: „kam zum Vorschein als Sitte „oder Satzung."

Neque his refragantur Ismenes verba Ant. 563:

οὐ γάρ ποτ᾽ ὦναξ, οὐδ᾽ ὃς ἂν βλάστῃ, μένει
νοῦς τοῖς κακῶς πράσσουσιν, ἀλλ᾽ ἐξίσταται.

sententia enim est hominem rebus adversis gravatum ab ipsius natura deflectere; cf. OC. 612 sq. Ai. 678 sqq.

Ad alias res denique *βλαστάνειν* transfertur, v. c. OC. 611: *βλαστάνει δ᾽ ἀπιστία*; notanda sunt praeterea fragm. 239 *βλαστουμένη* et fragm. 491 *βλαστάνεσκε.*

Substantivum *βλάστη* indicat hominis originem, Trach. 381: *Ἰόλη ἐκαλεῖτο, τῆς ἐκεῖνος οὐδαμὰ βλάστας ἐφώνει*, quod scholiasta explicat per *τοὺς γονεῖς*; cf. OC. 972:

ὃς οὔτε βλάστας πω γενεθλίους πατρός,
οὐ μητρὸς εἶχον, ἀλλ᾽ ἀγέννητος τοτ᾽ ἦ.

OR. 717: *παιδὸς δὲ βλάστας οὐ διέσχον ἡμέραι τρεῖς.*

Denique *βλαστός* occurrit fragm. 314 *a*:

ἦ βλαστὸς οὐκ ἔβλαστεν οὑπιχώριος;

Accedit substantivum *ἔρνος*; novimus Homeri de Achille verba Il. XVIII, 68: *ἀνέδραμεν ἔρνεϊ Fῖσος*; sine comparatione Oedipus filias alloquitur OC. 1108: *ὦ φίλτατ᾽ ἔρνη.*

Ad herbas pertinet verbum *ἀνατέλλειν*, est verbum transitivum: submittere; proprio sensu legitur Il. V, 777:

τοῖσιν δ᾽ ἀμβροσίην Σιμόεις ἀνέτειλε νέμεσθαι.

Apud Sophoclem legitur translata significatione loco non ab omni parte expedito, ubi Philocteta arcum, quo nuper privatus est, alloquitur: in posterum ego te non utar, at tu videbis (Phil. 1136):

αἰσχρὰς ἀπάτας
στυγνόν τε φῶτ᾽ ἐχθοδοπόν,
μυρί᾽ ἀπ᾽ αἰσχρῶν ἀνατέλλονθ᾽ ὃς ἐφ᾽ ἡμῖν κάκ᾽ ἐμήσατ᾽ ὦ Ζεῦ.

Sic edidit Dindorfius; aliter Nauckius:

μυρί᾽ ἀπ᾽ αἰσχρῶν ἀνατέλλονθ᾽ ὅσ᾽ ἐφ᾽ ἡμῖν κάκ᾽ ἐμήσατ᾽ οὐδείς,

qui in additamento plures emendationes affert, e quibus retinere velim *μυρία τ᾽*. Deinde, si mihi locus edendus esset, scriberem: *μυρία τ᾽ αἰσχρῶς ἀνατέλλονθ᾽, ὅσ᾽ ἐφ᾽ ἡμῖν κάκ᾽ ἐμήσατ᾽ οὐδείς.*

Adverbium *αἰσχρῶς* optime quadrat in ore Philoctetae si de versuto inimico loquitur, et praeterea verbum *ἀνατέλλειν* retinet vim transitivam. Cf. vs. 264:

δισσοὶ στρατηγοὶ χὠ Κεφαλλήνων ἄναξ
ἔρριψαν αἰσχρῶς ὧδ᾽ ἔρημον.

„In lucem progenitae plantae *πρόσω ἕρπουσι*"[1]), cf. fragm. 239: *βάκχειος βότρυς ἐπ᾽ ἦμαρ ἕρπει*, unde habemus metaphoram Trach. 547:

ὁρῶ γὰρ ἥβην τὴν μὲν ἕρπουσαν πρόσω.

Verbum *αὐαίνειν*[2]) dicitur de plantis, quae arefactae flaccescunt; translate dictum est El. 819: *αὐανῶ βίον*, Phil. 954 *αὐανοῦμαι*, (schol. *ἀντὶ τοῦ ξηρανθήσομαι*).

Gemmantes autem et florentes arbores majore verborum copia respiciuntur. Notissimus locus est in chori cantico in Oedipode Coloneo vs. 681:

θάλλει δ᾽ οὐρανίας ὑπ᾽ ἄχνας
ὁ καλλίβοτρυς . . . . νάρκισσος.

1) Lueck. I, pag. 13.
2) Lueck. ib. pag. 14.

Deinde *θάλλειν* transfertur ad fere omnia quae virent; de Hercule dictum est Trach. 234:

ἔγωγέ τοι σφ᾽ ἔλειπον ἰσχύοντά τε
καὶ ζῶντα καὶ θάλλοντα κοὐ νόσῳ βαρύν.

de Ulysse et Diomede Ai. 420: *θάλλοντές εἰσι νῦν ἐν Ἀργείων στρατῷ.*

Si mortuus opponitur, qui vivit dicitur *βίῳ θάλλειν*, El. 951; praeterea habemus *πήματα θάλλοντα* El. 260 et *ἡ δ᾽ ἐμὴ νόσος ἀεὶ τέθηλε κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται* Phil. 259.

Sequitur verbum *ἀνθεῖν*, de arista dictum fragm. 462 *b*:

πρῶτον μὲν ὄψει λευκὸν ἀνθοῦντα στάχυν.

ad morbum traducitur Trach. 1089: *ἤνθηκεν* (scil. *διάβορος νόσος*), ad superbiam fragm. 705: *ὕβρις ἀνθεῖ*; cf. El. 43 *ἠνθισμένος*, de sene paedagogo dictum, quam imaginem illustrat Nauckius afferendo loco, ubi legimus *γήραος ἄνθεα θνατοῖς*, quo nomine cani capilli dicuntur.

Substantivum *ἄνθος* ita usurpatur, ut alicuius rei fastigium indicetur: imago inde repetenda esse videtur quod plantae fere usque ad florescendi tempus crescunt, tum aliquantisper consistunt, deinde paulatim marcescere incipiunt; sic explicandus est Trach. vs. 1000 *ἀκήλητον μανίας ἄνθος*, cf. fragm. 182 *ἄλυπον ἄνθος ἀνίας*. Corruptus locus est Trach. 548: *ὧν ἀφαρπάζειν φιλεῖ ὀφθαλμὸς ἄνθος*: sententia haec esse videtur: in quibus, cum aetatis flore fruuntur, vir cum delectatione oculos pascit.

Praeterea attendendum est ad metaphoram Ant. 959:

οὕτω τᾶς μανίας δεινὸν ἀποστάζει
ἀνθηρόν τε μένος.

„so fliesst aus dem Wahnsinn blutiges Unheil" vertit Nauckius; *μένος* sanguinem significare interdum docent Ai. 1411, Aesch. Agam. 1067; de adjectivo *ἀνθηρός* tamen Nauckius dubitat. Adjectivum *χλωρός* jam notum est ex Homero; apparet ejus significatio Od. IX, 319:

Κύκλωπος γὰρ ἔκειτο μέγα ῥόπαλον παρὰ σηκῷ
χλωρὸν ἐλαΐνεον· τὸ μὲν ἔκταμεν ὄφρα φοροίη
αὐανθέν.

Viridi saltus, gramine virgulto arboribus abundantes inde audiunt *χλωραὶ βάσσαι* OC. 673; cf. Ant. 1132 *χλωρὰ ἀκτὰ πολυστάφυλος*. Ad sanguinem transfertur Trach. 1055: *ἐκ δὲ χλωρὸν αἷμά μου πέπωκεν*. i. e. vivum sanguinem, qui nondum coiit, sed ipso tempore e corpore profluit; (opponitur *ἀμφίθρεπτον αἷμα* Trach. 572, schol.: *τὸ πεπηγός*).

A frugibus quae maturuerunt ideoque molliores factae sunt deprompta est imago OC. 437: *ὅτ᾽ ἤδη πᾶς ὁ μόχθος ἦν πέπων*, et Trach. 728:

ἀλλ᾽ ἀμφὶ τοῖς σφαλεῖσι μὴ ἐξ ἑκουσίας
ὀργὴ πέπειρα·

quod ad sententiam attinet comparandum est fragm. 582:

ἄκων δ᾽ ἁμαρτὼν οὔτις ἀνθρώπων κακός.

Opponitur *ὠμός*, quod translate dictum est Ai. 558:

ἀλλ᾽ αὐτίκ᾽ ὠμοῖς αὐτὸν ἐν νόμοις πατρὸς
δεῖ πωλοδαμνεῖν κἀξομοιοῦσθαι φύσιν.

Schol.: *νῦν τὸ ὠμοῖς ὡς κατὰ τῶν καρπῶν, οἳ ὅτε εἰσὶν ὠμοὶ σκληρότεροί εἰσι καὶ ἰταμοί.*

Nomen *καρπός* per metaphoram adhibetur fragm. 717:

οὐκ ἐξάγουσι καρπὸν οἱ ψευδεῖς λόγοι.

Eodem modo ex aliqua re fructus carpere exprimitur per *καρποῦσθαι* Trach. 204; cf. Ai. 176:

ἤ πού τινος νίκας ἀκάρπωτος χάριν.

Θέρος praeter aestatem indicat fruges, quae maturae sunt aestivo tempore [1]), unde derivatum est verbum θερίζειν: metere.

Translationes habemus duas; Ai. 238 γλῶσσαν ἄκραν ῥίπτει θερίσας; fragm. 588, 4 de equae juba:

ἥτις . . . . ἀγρίᾳ χερὶ
θέρος θερισθῇ ξανθὸν αὐχένων ἄπο.

Accedit denique Trach. 779: μάρψας ποδός νιν ἄρθρον ᾗ λυγίζεται, quod scholiasta explicuit: εἴρηται δὲ ἀπὸ τῶν λύγων, εὐέλικτον γὰρ τὸ Φυτὸν νέον ὄν· Ὅμηρος· δίδη μοσχοῖσι λύγοισιν. (Il. XI, 105).

1) Cf. Lueck. I, pag. 14.

CAPUT VIII.

Cum praecedentibus capitulis ne dicam omnes, at certe insigniores locos perlustraverimus, quae ad res agrestes pertinent, jam agri nobis relinquendi sunt, ut nos convertamus ad civitatis instituta, ad fabrorum officinas, ad alia quae, si non tantum ad urbanam vitam solam sint referenda, tamen eruditiorem et cultiorem vitae statum spectant.

Lueckius, cuius disputatiunculas jam ante saepius consuluimus, haec argumenta etiam tractavit; quae tamen initio tertii voluminis dicit de iis rebus quae ad rem judicialem revocandae sunt, non probare possum.

Ipsum audiamns: „atque haec quidem nobis crebra nec „vegeta, aut majore studio a poeta expressa videntur. Vix „enim sentitur usus metaphoricus verborum κρίνειν, ἔλεγχος, „ἐλέγχειν, μάρτυς, μαρτύρεσθαι, μαρτυρεῖν, αἰτιᾶσθαι, κατηγορεῖν, „Φεύγειν, νικᾶν, aliorum, quae sane in judiciis locum habent, „sed ab omnibus scriptoribus de aliis quoque rebus usur-„pantur. Paulo insigniores videntur nonnullae imagines vo-„cabulo δίκη effictae, velut Ai. 44 sq. οὐκ ἄν ποτε δίκην κατ' „ἄλλου Φωτὸς ὧδ' ἐψήΦισαν; Ant. 742 διὰ δίκης ἰὼν πατρί; in „plurimis autem locis vis metaphorica ejus verbi prorsus „evanuit."

Hisce subcribere non possum. Verborum captator ne videar,

sed ut omnia recte perspiciantur res parvi facienda non est. Equidem potius dixerim non vim metaphoricam plurimis locis evanuisse, atqui Sophoclem locis illis de re judiciali ne cogitasse quidem, et verba magis propria significatione adhibuisse.

Verum sane est quae enumeravit Lueckius verba in judiciis usitata esse, attamen quum judicia instituerentur coramque judicibus causae agerentur, sensim paulatimque nomina e cotidiana vita deprompta eo trahi caepta sunt: νικᾶν certe dicitur ille, qui causam obtinet, at diu ante nihil significabat nisi adversarium prosternere, deinde in usum venit de eo qui in qualibet re rivales superabat; ἀποφεύγειν diu ante hostem feras mortem effugere indicabat quam judicum sententiis absolvi.

Fuit quidem antiquissimis temporibus jam δίκη, quae variis in rebus consuetudine vigebat, et quae divina origine orta sempiterna esse dicebatur, ideoque sedulo colebatur [1]); vel ipsa erat dea Δίκη [2]). Apud priscos Graecos, ut hoc exemplo utamur, vigebat jus hospitii, quod cum proci violassent οὐδὲ δίκαιοι dicuntur in Odyssea (II, 282).

Eodem modo quo νικᾶν, φεύγειν, δίκη, reliqua verba quae ad rem judicialem pertinent, mutata significatione novam naturam induerunt, postquam eo tracta fuerunt. Igitur hoc arguo, verba ea quae in judiciis usu trita sint, jam aliquatenus sic adhiberi per metaphoram; sin autem a causis dicendis denuo imago depromitur, id translationum genus oritur quod „secundarium" nominavit Lueckius, et cuius exemplum supra vidimus in verbo νέμεσθαι El. 1385 [3]).

1) Cf. Ant. 450—457.
2) Cf. OC. 1381. Ant. 854.
3) Pag. 35. Cf. Lueck. II, pag. 5.

Per se tamen excipiendae sunt eae locutiones et ea nomina quae tunc temporis orta novarum rerum erant nomina nova, qualia sunt οἱ ἀπὸ κυάμου [1]), ἐν τῷ ἐμῷ ὕδατι, alia.

Neque inutile est comparare quaedam, quae legimus apud Tacitum [2]): „nam lucrosae huius et sanguinantis eloquentiae „usus recens et malis moribus natus, atque .... in locum „teli repertus. Ceterum felix illud et, ut more nostro loquar, „aureum saeculum, et oratorum et criminum inops, poetis „et vatibus abundabat, qui bene facta canerent, non qui „male admissa defenderent;" et postea [3]) „ .... est magna „illa et notabilis eloquentia alumna licentiae, quam stulti „libertatem vocant, comes seditionum, effrenati populi incitamentum, sine obsequio, sine severitate, contumax teme„raria arrogans, quae in bene constitutis civitatibus non „oritur. quem enim oratorem Lacedaemonium, quem Cre„tensem accepimus? .... Rhodii quidam, plurimi Athenien„ses oratores exstiterunt, apud quos omnia populus, omnia „imperiti, omnia, ut sic dixerim, omnes poterant."

Rem judicialem sine dubio spectant loci nonnulli, ubi ψῆφος legitur. OR. 606:

μή μ' ἁπλῇ κτάνῃς
ψήφῳ, διπλῇ δέ, τῇ τ' ἐμῇ καὶ σῇ λαβών.

Ant. 59: εἰ νόμου βίᾳ
ψῆφον τυράννων καὶ κράτη παρέξιμεν.

Ib. 632: ὦ παῖ, τελείαν ψῆφον ἆρα μὴ κλύων
τῆς μελλονύμφου πατρὶ λυσσαίνων πάρει;

Accedit Ai. 449, quem locum jam supra vidimus, et

1) Cf. fragm. 271.
2) Dial. de Or. § 12.
3) § 40.

adjectivum *ψηφοποιός*, Ai. 1135, de cuius interpretatione non constat. Cf. Nauck.

Jam libenter Lueckii [1]) opinioni subscribo, poetae ingenuam naturam abhorruisse a pravo isto litium causarumque studio, cui magna pars Atheniensium dedita erat: ejus incorrupta atque mitis indoles certe miseram istam turbam forensem respuebat; unde derivanda est paucitas locorum eo pertinentium. Alterum argumentum accedit, quod talia nisi per anachronismum non respicere potuit poeta; eam licentiam satis crebro quidem admisit, ut ad tempora antiqua recentiores res referret, attamen cavit ne nimis saepe ea uteretur.

Ipsum Sophoclem pie et religiose coluisse justitiam jura leges plures loci testantur; pulcherrimus est qui legitur OR. 865:

νόμοι πρόκεινται
ὑψίποδες, οὐρανίαν
δι' αἰθέρα τεκνωθέντες, ὧν Ὄλυμπος
πατὴρ μόνος, οὐδέ νιν
θνατὰ φύσις ἀνέρων
ἔτικτεν, οὐδὲ μή ποτε λάθα κατακοιμάσῃ·
μέγας ἐν τούτοις θεὸς οὐδὲ γηράσκει.

cf. Ant. 854: *ὑψηλὸν Δίκας βάθρον*; deinde OC. 1381. Ant. 450 sqq.

Non omittendi sunt Trach. vss. 682 sq.:

παρῆκα θεσμῶν οὐδέν, ἀλλ' ἐσωζόμην
χαλκῆς ὅπως δύσνιπτον ἐκ δέλτου γραφήν,

quae verba in memoriam revocant tabulas aeneas, in quibus leges erant exaratae, cf. Poll. 8. 128: *δέλτοις χαλκαῖς ἦσαν*

1) Ib. III, pag. 5.

πάλαι ἐντετυπωμένοι οἱ νόμοι οἱ περὶ τῶν ἱερῶν καὶ τῶν πατρίων.

Hoc loco e Trachiniis jam habemus anachronismum, quo nullum alium saepius admisit Sophocles; legitur Trach. 157:

λείπει παλαιὰν δέλτον ἐγγεγραμμένην
ξυνθήμαθ', κ. τ. λ.

Cf. ib. 46: *τοιαύτην ἐμοὶ δέλτον λιπὼν ἔστειχε.* Lepidissima locutio occurrit fragm. 694:

ὅρκους ἐγὼ γυναικὸς εἰς ὕδωρ γράφω.

Praeterea habemus fragm. 150: *σὺ δ' ἐν θρόνοισι γραμμάτων πτύχας ἔχων*; deinde metaphoram Phil. 1325: *γράφου φρενῶν ἔσω*, cf. fragm. 535: *θὲς δ' ἐν φρενὸς δέλτοισι τοὺς ἐμοὺς λόγους.*

Cf. OR. 411: *οὐ Κρέοντος προστάτου γεγράψομαι.*

Hac occasione etiam usus verbi *χαράσσειν* addendus est; proprio sensu substantivum *χάραγμα* legitur Phil. 267: *πληγέντ' ἐχίδνης ἀγρίῳ χαράγματι*; verbum translate dictum est fragm. 607: *Ἔρως .... καὶ θεῶν ἄνω ψυχὰς χαράσσει*; cf. fragm. 186:

καὶ γὰρ χαρακτὴρ αὐτὸς ἐν γλώσσῃ τί με
παρηγορεῖ Λάκωνος ὀσμᾶσθαι λόγου.

Sequuntur reliqua rei publicae instituta, quae itidem raro respiciuntur.

Diu post bellum Trojanum certe valuit jus quod Athenis vigebat, quo *μέτοικοι* jubebantur *προστάτην νέμειν*, cuius opem in judiciis desiderabant. Id spectant Agamemnonis verba ad Teucrum Ai. 1259:

οὐ μαθὼν ὃς εἶ φύσιν
ἄλλον τίν' ἄξεις ἄνδρα δεῦρ' ἐλεύθερον,
ὅστις πρὸς ἡμᾶς ἀντὶ σοῦ λέξει τὰ σά;

cf. OR. 410:

οὐ γάρ τι σοὶ ζῶ δοῦλος, ἀλλὰ Λοξίᾳ·
ὥστ' οὐ Κρέοντος προστάτου γεγράψομαι.

Praeterea habemus OR. 303: ἧς (νόσου) σε προστάτην σωτῆρά τε μοῦνον ἐξευρίσκομεν, ubi de jure Attico non cogitandum esse docet nomen σωτήρ, et ejusdemmodi plures locutiones, Ai. 803: πρόστητ' ἀναγκαίας τύχης. OR. 881: θεὸν οὐ λήξω ποτὲ προστάταν ἴσχων; Trach. 209: Ἀπόλλω προστάταν, El. 637: Φοῖβε προστατήριε, ubi vide Nauckium, OR. 202: Λύκει' ἄναξ τά τε σὰ βέλεα ἀρωγὰ προσταθέντα.

Ipsum nomen μέτοικος non id significat quod apud Atticos; „propter societatem vocabuli ξένος" eam notionem tamen agnoscendam esse Lueckius [1]) contendit OR. 452:

ξένος λόγῳ μέτοικος, εἶτα δ' ἐγγενὴς
φανήσεται Θηβαῖος.

Mihi tamen videtur voci μέτοικος prorsus eadem notio subesse hoc loco et reliquis ubi apud Sophoclem legitur [2]), nempe una habitandi, atque credo per vocem ξένος totius loci sententiam eximie exhiberi.

Nauckius explicat:: „zu verstehen λόγῳ μὲν ὢν ξένος μέτοικος," igitur alterum vocabulum substantivi alterum adjectivi locum tenet. Me judice ad totius loci gravitatem magis idoneum erit si enucleas: parricida Laii ἐστὶν ἐνθάδε μέτοικος (i. e. ἡμῖν μετοικεῖ [3]) λόγῳ μὲν ὢν ξένος, εἶτα δὲ ἐγγενὴς φανήσεται Θηβαῖος; propterea rectius verba mihi persuadeo interpungenda esse sic:

οὗτός ἐστιν ἐνθάδε,
ξένος λόγῳ, μέτοικος· εἶτα δὲ κ. τ. λ..

1) III, pag. 5.
2) Ant. 852. 868.
3) Cf. Ant. 890: μετοικίας τῆς ἄνω στερήσεται.

Alter locus ubi Atticorum μετοίκους respici putat Lueckius legitur OC. 934:

εἰ μὴ μέτοικος τῆσδε τῆς χώρας θέλεις
εἶναι βίᾳ τε κοὐχ ἑκών·

Idem quod Lueckio etiam Herwerdeno placuisse videtur qui vertit per „rechtloos vreemdeling" [1]). Reliquorum locorum qui occurrunt apud Sophoclem ratione habita, mihi tamen videtur praestare si fides habetur scholiastae verbis: ἀντὶ ἔνοικος· οὐ γὰρ αὐτὸ τοῦτο τὸ μέτοικος ὡς ἡμεῖς φαμεν εἴρηται, quod defendit allato loco Aeschyleo.

Ad rei publicae instituta porro pertinet OR. 222: ὕστερος ἀστὸς εἰς ἀστοὺς τελῶ; nihil addendum est scholiastae verbis: μεταφέρει ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς πόλεσι ξένων τελούντων τὰ μετοίκια ἀντὶ πεπολιτογράφημαι καὶ ἄρτι ἀστὸς ἐνομίσθην ξένος ὢν καὶ ἐβασίλευσα.

Vectigalia respicit OR. 35:

ὅς γ' ἐξέλυσας ἄστυ Καδμεῖον μολὼν
σκληρᾶς ἀοιδοῦ δασμὸν ὃν παρείχομεν.

cf. OC. 635: γῇ τῇδε κἀμοὶ δασμὸν οὐ σμικρὸν τίνει.

Contio extraordinaria ideoque a praeconibus convocata dicebatur σύγκλητος ἐκκλησία; eam spectant Ant. 159 sqq.:

σύγκλητον τήνδε γερόντων
προὔθετο λέσχην,
κοινῷ κηρύγματι πέμψας.

Denique nominandus est El. vs. 953:

εἶχον ἐλπίδας
φόνου ποτ' αὐτὸν πράκτορ' ἵξεσθαι πατρός.

vocem πράκτορα scholiasta interpretatur per ἔκδικον.

1) Drie Treurspelen van Sophocles in Nederl. Dichtmaat overgebracht. Utrecht 1881.

CAPUT IX.

Cum primo huius dissertationis capite videbamus de iis quae pertinent ad equos et artem equitandi, jam mentionem fecimus certaminis curulis, cuius fusa descriptio legitur in Electra inde a versu 681. Locus ille longior est quam qui describatur, neque eodem redire opus est, cum ejusmodi alii supersint. Curriculum pariter respicit Ant. 131:

παλτῷ ῥίπτει πυρὶ βαλβίδων
ἐπ' ἄκρων ἤδη
νίκην ὁρμῶντ' ἀλαλάξαι,

neque alio pertinet El. 628: *πρὸς ὀργὴν ἐκφέρει*, quod recte Nauckius illustrat: „wie ein Ross, das *ἔξω δρόμου φέρεται*; cf. OC. 438: *κἀμάνθανον τὸν θυμὸν ἐκδραμόντα μοι*, ubi Nauckius significanter: „mit mich durchgegangen"; Ant. 801: *θεσμῶν ἔξω φέρομαι*; sequitur Ant. 453:

οὐδὲ σθένειν τοσοῦτον ᾠόμην τὰ σὰ
κηρύγμαθ', ὥστ' ἄγραπτα κἀσφαλῆ θεῶν
νόμιμα δύνασθαι θνητὰ φύνθ' ὑπερδραμεῖν,

qui locus eodem pertinere videtur propter verbum *ὑπερδραμεῖν* et propter verbum *σθένειν*, cf. OR. 466: *ἀελλάδων ἵππων σθεναρώτερον*; denique fragm. 75: *ἀπόδρομον· ἐλαττούμενον τοῖς δρόμοις.*

Commemoranda hoc loco etiam est descriptio certaminis inter Herculem et Acheloum, atque verba quibus pugnae atrocitatem praemonet poeta Trach. 504:

τίνες ἀμφίγυοι κατέβαν πρὸ γάμων,
τίνες πάμπληκτα παγκόνιτά τ' ἐξ-
ῆλθον ἄεθλ' ἀγώνων;

deinde sequitur paulo post accurata et significans descriptio vs. 518:

τότ' ἦν χερός, ἦν δὲ τόξων πάταγος
ταυρείων τ' ἀνάμιγδα κεράτων·
ἦν δ' ἀμφίπλεκτοι
κλίμακες, ἦν δὲ μετώπων ὀλόεντα
πλήγματα καὶ στόνος ἀμφοῖν.

Ipsum nomen *ἀγών* haud raro occurrit apud Sophoclem; nusquam clarius certandi notionem agnoscimus quam El. 1491; Orestae verba sunt ad Aegisthum:

χωροῖς ἂν εἴσω σὺν τάχει· λόγων γὰρ οὐ
νῦν ἐστιν ἀγών, ἀλλὰ σῆς ψυχῆς πέρι,

qui locus in memoriam revocat Il. XXII, 161: *περὶ ψυχῆς θέον Ἕκτορος ἱπποδάμοιο.*

Cf. *Ζεὺς ἀγώνιος* Trach. 26, *ἀγωνίῳ σχολῇ* Ai. 196, ubi vide Nauckium.

Ἀγών etiam dicitur certamen de armis inter Aiacem et Ulyssem Ai. 936, 1239. Cf. ib. vs. 1163: *ἔσται μεγάλης ἔριδός τις ἀγών.* Generatim de discrimine dictum est OC. 587: *οὐ σμικρὸς ἀγὼν ὅδε* [1]); cf. fragm. 675, 2:

μικροῦ δ' ἀγῶνος οὐ μέγ' ἔρχεται κλέος.

---

1) Cf. Lueck. III, pag. 7.

Metaphora notanda est quam continent OR. 500 sqq.:

ἀνδρῶν δ' ὅτι μάντις πλέον ἢ ἐγὼ φέρεται
κρίσις οὐκ ἔστιν ἀληθής· σοφίᾳ δ' ἂν σοφίαν
παραμείψειεν ἀνήρ.

Videmus translationes in verbis πλέον φέρεσθαι, usitata locutio de praemiis reportandis est τὰ πρῶτα φέρεσθαι; eodem pertinet παραμείψειεν; denique substantivum κρίσις huc referendum esse docent El. 683 sq.:

ὅτ' ᾔσθετ' ἀνδρὸς ὀρθίων κηρυγμάτων
δρόμον προκηρύξαντος, οὗ πρώτη κρίσις,

Trach. 264: λείποιτο πρὸς τόξου κρίσιν; Phil. 1050: χὤπου δικαίων κἀγαθῶν ἀνδρῶν κρίσις.

Accedit verbum κρίνειν Ai. 442:

εἰ ζῶν Ἀχιλλεὺς τῶν ὅπλων τῶν ὧν πέρι
κρίνειν ἔμελλε κράτος ἀριστείας τινί.

Ne cogites hic de judice causae forensis recte monet Lueckius; certamen enim spectari docent verba κράτος ἀριστείας; idem etiam Nauckius sensit, qui proposuit τῶν ὅπλων τῶν ὧν βραβεύς; recte necne extricare non audeo, tantum observare velim eos, quibus inter Aiacem et Ulyssem de armis discernendum fuerit, κριτάς dici Ai. 1243; cf. ἀγωνάρχαι ib. vs. 572.

Notanda sunt etiam Ai. 1302: ἔκκριτον δώρημα; Trach. 27: κριτὸν λέχος, Trach. 245: κτῆμα κριτόν.

De praemiis reportandis usitata sunt φέρειν, φέρεσθαι ἄρνυσθαι; quae verba per metaphoram adhibentur, veluti Phil. 837:

καιρός τοι πάντων γνώμαν ἴσχων
πολὺ παρὰ πόδα κράτος ἄρνυται.

El. 1088:

δύο φέρῃ δ' ἐν ἑνὶ λόγῳ,
σοφά τ' ἀρίστα τε παῖς κεκλῆσθαι.

Trach. 496: μέγα τι σθένος ἁ Κύπρις ἐκφέρεται νίκας ἀεί. Cf. Phil. 117. Ant. 464. El. 692, 699, 1095. OR. 1189.

Ipsum praemium est στέφανος, quo nomine translato sensu utitur Neoptolemus, ut choro explicet non proficiscendum esse nisi ipsum Philoctetam secum ex insula abducant, arcum solum enim ad Trojam capiendam non sufficere; Phil. 841:

τοῦδε γὰρ ὁ στέφανος, τοῦτον θεὸς εἶπε κομίζειν.

Eadem imago recurrit ubi Aiax suam ignominiam comparat cum gloria patris, qui ἔσχε στέφανον εὐκλείας μέγαν, Ai. 465.

Ejusdem rei alterum nomen est ἆθλον; jam notum est apud Homerum, v. c. Il. IX, 264:

οὔ κεν ἀλήιος εἴη ἀνὴρ, ᾧ τόσσα γένοιτο,
ὅσσ' Ἀγαμέμνονος ἵπποι ἀέθλια ποσσὶν ἄροντο.

Apud Sophoclem legimus Trach. 506: ἄεθλ' ἀγώνων; i. e. labores certaminum, cf. Phil. 509: πόνων ἆθλον; ἆθλος quod certamen indicat, per metaphoram dicitur de laboribus, qui Herculi subeundi erant; Trach. 36:

νῦν δ' ἡνίκ' ἄθλων τῶνδ' ὑπερτελὴς ἔφυ.

Cf. ib. vs. 80: ἆθλον εἰς τὸν ὕστερον, Ant. 856: πατρῷον δ' ἐκτίνεις τιν' ἆθλον, et verbum ἀθλεῖν OC. 564 ἤθλησα κινδυνεύματα.

Accedit nomen ἅμιλλα, quod ubi dicitur, celeritatis notionem addit; Trach. 220: βακχίαν ὑποστρέφων ἅμιλλαν, quod Nauckius illustrat: „ἅμιλλα deutet auf die im Tanz ge„schwungenen, gleichsam mit einander in Raschheit wett„eifernden Füsse;" cf. Ant. 1065: τρόχους ἁμιλλητῆρας ἡλίου τελεῖν, El. 494: γάμων ἁμιλλήματα.

Denique pertinent ad curriculum OC. 91: ἐνταῦθα κάμψειν τὸν ταλαίπωρον βίον. OR. 1530: τέρμα τοῦ βίου περάσῃ. adjectivum τέρμιος OC. 89. Ant. 1331, substantivum τέρμα Ai. 48. El. 1397. OC. 725.

Luctandi artem poeta respicit Phil. 431:

σοφὸς παλαιστὴς κεῖνος· ἀλλὰ χαὶ σοφαὶ
γνῶμαι, Φιλοκτῆτ᾽, ἐμποδίζονται θαμά.

Cf. scholiastae verba: τοιαῦται γνῶμαι καταβάλλονται εὐθέως.

Trach. 666: ἐχθρῶν μ᾽ ἔνερθεν ὄντ᾽ ἀνέστησας πέρα.
El. 1090: ζῴης μοι καθύπερθεν
χειρὶ καὶ πλούτῳ τεῶν ἐχθρῶν ὅσον
νῦν ὑπόχειρ ναίεις.

Cf. OR. 879: τὸ καλῶς ἔχον πόλει πάλαισμα: fragm. 738: Φίλιπποι καὶ κερουλκοὶ, σὺν σάκει δὲ κωδωνοκρότῳ παλαισταί, quod de Trojanis dictum est.

Fragm. 678, 13: τίν᾽ οὐ παλαίουσ᾽ ἐς τρὶς ἐκβάλλει θεῶν; fragm. 663, 3: δυσπάλαιστόν ἐστιν ἀμαθία κακόν.

Hic etiam tractandus est locus, qui legitur OR. 386:

λάθρᾳ μ᾽ ὑπελθὼν ἐκβαλεῖν ἱμείρεται,

ad quem versum Nauckius: „das Bild ist entlehnt von der „heranschleichenden Schlange, wie Ant. 531: ἣ κατ᾽ οἴκους „ὡς ἔχιδν᾽ ὑφειμένη λήθουσά μ᾽ ἐξέπινες." Ei adversatur Lueckius [1]), scholion afferens: τὸ ὑπελθὼν ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν παλαιόντων λέγεται, ὅταν τοὺς ἀντιπάλους ὑπέρχωνται λαθόντες [2]), quae explicatio praestare mihi videtur propter sequens ver-

1) III, pag. 7.

2) Ubinam hoc scholion legatur non addit Lueckius; frustra quaeres inter ea quae e cod. Laur. contulit P. N. Papageorgius (Lipsiae 1888), nisi forte spurio loco irrepserit.

bum ἐκβαλεῖν, cuius notio violentiae loci naturae magis conveniat.

Etiam dubitari potest de Phil. 1007:

οἷ᾽ αὖ μ᾽ ὑπῆλθες, ὥς μ᾽ ἐθηράσω.

Propter verbum ἐθηράσω fortasse statuendum est venatorem respici, qui caute et occulte praedam subrepat [1]).

Restat Ai. 609:

καί μοι δυσθεράπευτος Αἴας ξύνεστιν ἔφεδρος,

schol.: ἔφεδρος δέ ἐστιν ἐν τοῖς ἀγῶσιν ὁ μὴ πλανώμενος εἰς τὸ ἀγωνίζεσθαι τοῖς νικῶσιν· ἐνταῦθα οὖν φησιν ὅτι ἔσχατος καὶ ὡς ἔφεδρος ἐλείφθη μοι ὁ Αἴας εἰς κακόν.

Pugil semel tantum nominatur in comparatione Trach. 441:

Ἔρωτι μέν νυν ὅστις ἀντανίσταται
πύκτης ὅπως ἐς χεῖρας, οὐ καλῶς φρονεῖ.

cf. fragm. 234 *b*: πρὸς τὴν ἀνάγκην οὐδ᾽ Ἄρης ἀνθίσταται.

Lueckius praeterea ad palaestrae quandam excercitationem vel ad ludum gymnicum pertinere suspicatur fragm. 656:

θεοῦ δὲ πληγὴν οὐχ ὑπερπηδᾷ βροτός.

Addendus est OC. vs. 701: γλαυκᾶς παιδοτρόφου φύλλον ἐλάας, quam locutionem Lueckius respicere dicit pueros qui arte gymnica erudiantur atque ita ad belli usum optime instruantur; deinde huic explicationi suffragari verba ἐγχέων φόβημα δαΐων vs. 699; hunc versum tamen longe aliter illustrat scholiasta. Locus gravia passus est, ut tutius sit manus abstinere.

Accedunt quaedam quae pertinent ad animi delectationes placidiores, unde apparet neque otii domestici delectamina

1) Cf. Lueck. III, pag. 9.

poetam praeteriisse. Plures enim ludi sive nude nominantur, sive per metaphoram commemorantur; habemus:

fragm. 380, 4: *πεσσοὺς κύβους τε, τερπνὸν ἀργίας ἄκος.*
„ 381: *καὶ πεσσὰ πεντέγραμμα καὶ κύβων βολαί.*
„ 686: *στέργειν δὲ τἀκπεσόντα καὶ θέσθαι πρέπει*
σοφὸν κυβευτὴν, ἀλλὰ μὴ στένειν τύχην,
„ 762: *ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι.*

Alius ludus commemoratur fragm. 482:

τάδ' ἐστὶ κνισμὸς καὶ φιλημάτων ψόφος,
τῷ καλλικοτταβοῦντι νικητήρια
τίθημι καὶ βαλόντι χάλκειον κάρα.

ubi vide Athenaei verba, comparato etiam fragm. 257.

Saepe ad musicam poeta nos relegat; v. c. Trach. 640:

ὁ καλλιβόας τάχ' ὑμῖν
αὐλὸς οὐκ ἀναρσίαν
ἀχῶν καναχὰν ἐπάνεισιν, ἀλλὰ θείας
ἀντίλυρον μούσας.

Athenaeus e Sophocle commemorat *ἐλύμους αὐλούς*; etiam *λύρα* crebro nominatur; fragm. 226. 227. 232 *a*. 232 *b*.

Musica jam antiquitus inter vitae solacia habita est; quum Ulysses et Aiax iter faciunt ad Achillem in Iliadis libro nono, eum inveniunt *φρένα τερπόμενον φόρμιγγι λιγείῃ* vs. 186.

Inter vitae commoda, quibus destitutus est Philocteta, nominatur quod vitam degit vs. 212:

οὐ μολπὰν σύριγγος ἔχων,
ὡς ποιμὴν ἀγρότας.

Dignum quem comparemus locum legimus in Aiace, ubi chorus belli diuturni saevitiam toties expertus vitae suae

duritiam deplorat, atque devovet eum qui primus Graecos armorum usum docuit; Ai. 1199:

ἢ κεῖνος οὐ στεφάνων
οὐδὲ βαθειᾶν κυλίκων
νεῖμεν ἐμοὶ τέρψιν ὁμιλεῖν,
οὔτε γλυκὺν αὐλῶν ὄτοβον,
δύσμορος, οὔτ' ἐννυχίαν τέρψιν ἰαύειν.

Μουσική sensu latius patente quam qui apud nos in ea voce subintelligitur, occurrit fragm. 779, 2 sq.:

χωρῶμεν ἤδη παῖδες, ἐς τὰ τῶν σοφῶν
διδασκαλεῖα, μουσικῆς παιδεύματα.

cf. fragm. 170: *τεκτόναρχος μοῦσα.*

CAPUT X.

Huc usque jam saepius vidimus omnes res, a quibus imagines mutuatus sit Sophocles, ab eo penitus cognosci. Diligentia, quam in fabrorum artibus respiciendis adhibuit, (de quibus mox dicendum erit), Ed. Muellerum adduxit ut statueret Sophoclem puerum crebro in patris officinis versatum, inde illarum quas cotidie olim adspexisset artes vividam memoriam retinuisse [1]).

Alia, et quae multo majoris momenti sunt, ante fere annum disputavit vir doctus Zielinski [2]) dubio procul eximia sagacitate praeditus. Non dubitat ille sententiam enuntiare: „Sophocles war Arzt," cuius rei indicia se invenire dicit quaedam in Oed. Rege et Antigone, pauca in Aiace, plurima vero et certissima in Philocteta et Trachiniis. Rerum fastigia commemorare non ineptum est.

Sophocles sacerdos erat Alconis, qui una cum Aesculapio artem medicam didicit a Chirone; Aesculapium praecipue colebat Sophocles, eumque suae domi recepisse dicebatur; postea ipse Sophocles Dexion nominatus in heroum numerum relatus est.

1) Cf. Lueck. II, pag. annot. 3.

2) Philol. 1896, pag. 596 sqq.

(Hic etiam commemoranda est nominis derivatio, quae praestare videtur Zielinskio; quamquam pro certo affirmare non audet; suspicatur enim nomen derivandum esse non a verbo δέξασθαι, sed a substantivo, δεξιά, „dass .... Δεξίων „somit ein Seitenstück zu Χείρων = χειροτέχνης ist.")

Chirurgum fuisse Sophoclem, ut dicit vir doctus, ipsae fabulae docent; loco laudato copiose Trachinias illustrat, disseritque et de multis aliis rebus et de veneno quo laceratur Hercules; quaerit:

α. de natura et origine veneni;

β. quomodo venenum paratum sit;

γ. de veneni propria vi (Eigenschaft des Giftes);

δ. de effectu;

quae postquam singula magna cum cura pervestigavit, dubio obnoxium ei non est, quin Sophocles fuerit et medicae et chemicae artis peritus; ex ipsis rebus apparet.

α. Nessus vulneratus erat sagitta venenata ab Hercule conjecta; vulnus per se non erat letale, verum venenum pessumdat Centaurum. Deianira aufert non ipsam sagittam, sed Centauri sanguinem qui coiit, „weil dieses Blut nun- „mehr ein stärkeres Gift geworden ist als die ursprüngliche „Giftsubstanz, das Blut der Hydra. Das nennt man ja wohl „Dynamisation."

Miramur diligentiam quam adhibuit poeta, ut veneni originem inde ab initio commemoraret. Primaria forma erant κακὰ φάρμακα (cf. Il. XXII, 94) quae ederat hydra (Trach. 834). Sic oritur alterum multo efficacius venenum, cuius vis iterum augetur postquam Centauri sanguine mixtum est.

β. Deianira frustum coagulati sanguinis servaverat, quem ut molliret, addidit adipem sive κηρωτήν, ut ipse praeceperat Nessus; quo unguento ut vestem illinat, adhibet lanam nuper de ove dereptam.

Hac in re curam agnoscit Zielinskius a medicis sedulo adhibitam: „der Mediciner thut allerdings gut, sich bei Ar-„beiten im Laboratorium ungebrauchter Stoffe zu bedienen."

γ. Ex iis quae lana facta sunt, qua usa erat Deianira, argumentis allatis Zielinskius concludit: „sie (die Wirkung „des Giftes auf den Estrich) beweist uns, dass Sophokles „sich das Gift als eine starke Säure gedacht hat," et paulo post: „durch die Behandlung mit verdünnten Säuren (z. B. „Salpetersäure, bei der Erzeugung von Schiesswolle) ver-„liert die Wolle ihre Faserform und wird pulverig, somit „in der That Sägespänen vergleichbar." (vs. 698 sqq.).

δ. Cum lana sole calefacta absumatur, intelligimus cur Deianira, e Nessi praeceptis sine dubio, jusserit vs. 604 sqq.:

διδοὺς δὲ τόνδε φράζ' ὅπως μηδεὶς βροτῶν
κείνου πάροιθεν ἀμφιδύσεται χροΐ,
μηδ' ὄψεταί νιν μήτε φέγγος ἡλίου
μήθ' ἕρκος ἱερὸν μήτ' ἐφέστιον σέλας,
πρὶν κεῖνος αὐτὸν φανερὸς ἐμφανῶς σταθεὶς
δείξῃ θεοῖσιν ἡμέρᾳ ταυροσφάγῳ,

scil. ne veneni calefacti vi vestis deleretur.

Cum venenum nisi calefactum perniciosum non esset, Hercules' sacrificii initio dono ab uxore misso gaudere potest. nam: „das Feuer entzündete sich langsam, da es mit „dem Blut der Opferthiere und der Feuchtigkeit des frischen Holzes zu ringen hätte."

Sequitur apud Sophoclem descriptio quomodo Hercules doloribus crucietur; ad verba ἐσπᾶτο γὰρ πέδονδε καὶ μετάρσιος .... πολλὰ μὲν χθονὶ ῥίπτων ἑαυτόν apertis verbis Zielinskius: „Hier ist kein Zweifel möglich," inquit, „das ist Epilepsie".

Hercule domum reducto in scaenam prodit senex nobis

adhuc ignotus; sagaciter inter hunc et Hyllum et Herculem colloquio enucleato de sene Zielinskio nullum dubium est: „es ist klar, der Alte ist ein Arzt, vielleicht Alkon selbst, „der ‚Begleiter des Herakles'. Wie oben eine Scene aus „dem Laboratorium, so hat der Dichter hier uns eine aus „der Klinik auf die Bühne gebracht."

Jam redeamus ad ipsas fabulas, ut conferamus locos ubi medicorum disciplina commemoratur.

Duplex medicorum auxilium cognoscimus apud Sophoclem, altera pars erat χειροτεχνία, altera autem fere ars magica, qua ἐπῳδαῖς morbos sanare conabantur; res apparet Trach. 1000:

τίς γὰρ ἀοιδός, τίς ὁ χειροτέχνης
ἰατορίας, ὃς τήνδ' ἄτην
χωρὶς Ζηνὸς κατακηλήσει;

Periti medici erat scire utra medicina opus esset; cf. Ai. 581:

οὐ πρὸς ἰατροῦ σοφοῦ
θρηνεῖν ἐπῳδὰς πρὸς τομῶντι τραύματι,

cf. fragm. 513, 3:

ὅστις γὰρ ἐν κακοῖσι θυμωθεὶς βροτῶν
μεῖζον προσάπτει τῆς νόσου τὸ φάρμακον,
ἰατρός ἐστιν οὐκ ἐπιστήμων κακῶν.

Notandum etiam est fragm. 733, quod de medicis dictum Plutarchus servavit:

πικρὰν χολὴν κλύζουσι φαρμάκῳ πικρῷ.

Sequitur ingens numerus locorum, ubi unum alterumve nomen e medicorum provincia depromptum translate dicitur.

Agamemnon Teucri pertinaciae φάρμακον fore flagellum minatur Ai. 1255. Tiresias ubi Creontem adducere conatur

ut Polynicae sepulturae annuat, errare omnium mortalium commune esse dicit, sapientis autem, si in errorem inciderit, ἀκεῖσθαι, cf. Tr. 1034 ἀκοῦ δ' ἄχος, OC. 1194:

νουθετούμενοι
φίλων ἐπῳδαῖς ἐξεπᾴδονται φύσιν,

ubi vide Nauckium in additamento.

Etiam notandae sunt locutiones ἀκεστῆρα χαλινόν, OC. 714, quod Nauckius reddit „wuthheilend", et quae efficiuntur per ἀνήκεστος. El. 888: θάλπῃ τῷδ' ἀνηκέστῳ πυρί, Ai. 52: ἀνηκέστου χαρᾶς, Phil. 186: ἀνήκεστα μεριμνήματ' ἔχων, OR. 98: μίασμα χώρας ἐλαύνειν, μηδ' ἀνήκεστον τρέφειν.

Animadvertendum denique est fragm. 469:

ἀκτὰς ἀπαιώνας τε καὶ μελαμβαθεῖς
λιποῦσα λίμνης ἦλθον ἠχούσης γόους
Ἀχέροντος ὀξυπλῆγος ἄρσενας χοάς.

Vulnera translata significatione commemorantur Ant. 651: τί γὰρ γένοιτ' ἂν ἕλκος μεῖζον ἢ φίλος κακός; fragm. 544: ἕλκη· λῦπαι, fragm. 807: ἀείζων ἕλκος pro ἀείζων πένθος.

Accedit OR. 1395:

οἷον ἆρά με
κάλλος κακῶν ὕπουλον ἐξεθρέψατε,

ubi Nauckius aliorum emendationem ἕλκος commendat; ὕπουλος denuo legitur fragm. 952: ὕπουλον εἶπε Σοφοκλῆς τὸν δούρειον ἵππον.

Verbum νοσεῖν et propria et translata significatione legitur. Observandum est iis locis ubi verbum proprio sensu de ipso corpore dicatur, nunquam convenire cum nostro „ziek zijn", qua locutione nos denotare solemus talem condicionem corporis, ut fractis penitusque exhaustis viribus aliorum opem in qualibet re desideremus.

Proxime eo accedunt quae legimus in Trachiniis de Hercule letali veste accepta vs. 777:

διώδυνος
σπαραγμὸς αὐτοῦ πλευμόνων ἀνθήψατο,
783. ἅπας δ' ἀνευφήμησεν οἰμωγῇ λεώς,
τοῦ μὲν νοσοῦντος.
786. ἐσπᾶτο γὰρ πέδονδε καὶ μετάρσιος,
799. ἀλλ' ἆρον ἔξω.

Hanc Herculis alieni auxilii egenam condicionem lacerati corporis dolores efficiebant, nec tamen, ut nos rem accipere solemus, morbo affectus erat; Graecos tamen hac in re etiam verbo νοσεῖν usos esse apparet vs. 784: τοῦ μὲν νοσοῦντος, cf. vs. 1013, 1120. Etiam Philocteta dicitur νοσῶν ἀνὴρ κῶλον παλαιᾷ κηρί vs. 42, tamen per totam eam fabulam νόσος et νοσεῖν tantum referenda sunt ad alterum pedem.

Crebro idem verbum transfertur ad animi condicionem concitatiorem. Hercules amore inflammatus νοσεῖν dicitur Trach. 544, et ib. 445: ληφθεὶς τῇδε τῇ νόσῳ; cf. fragm. 162: νόσημ' ἔρωτος.

Jocaste doloribus cruciata de semet ipsa OR. 1061: ἅλις νοσοῦσ' ἐγώ, cf. OC. 766: τοῖσιν οἰκείοις κακοῖς νοσοῦντα. OR. 59:

εὖ γὰρ οἶδ' ὅτι
νοσεῖτε πάντες, καὶ νοσοῦντες ὡς ἐγὼ
οὐκ ἔστιν ὑμῶν ὅστις ἐξ ἴσου νοσεῖ.

Ipsa regio dicitur νοσεῖν OR. 636: γῆς οὕτω νοσούσης; cf. Ant. 1141: πόλις ἔχεται ἐπὶ νόσου, OR. 169: νοσεῖ δέ μοι πρόπας στόλος. Fragm. 98:

ἐνταῦθα μέντοι πάντα τἀνθρώπων νοσεῖ,
κακοῖς ὅταν θέλωσιν ἰᾶσθαι κακά.

Denique idem verbum usurpatur de iis, qui mente capti sunt. Tecmessa de Aiace narrat: θολερῷ κεῖται χειμῶνι νοσή-

σας, cf. vs. 625: μάτηρ νιν ὅταν νοσοῦντα φρενομόρως ἀκούσῃ. Accedit Ai. 269:

ἡμεῖς ἄρ' οὐ νοσοῦντες ἀτώμεσθα νῦν.

ubi utique requiro quod acute Herwerdenus reposuit: νοσοῦντος, scil. Αἴαντος [1]), quae emendatio inter certas numeranda adhuc latuisse videtur editores Germanos. Cf. Ai. 279:

εἰ πεπαυμένος

μηδέν τι μᾶλλον ἢ νοσῶν εὐφραίνεται.

Iam venimus ad Trach. 434 sq.:

ἄνθρωπος, ὦ δέσποιν', ἀποστήτω· τὸ γὰρ

νοσοῦντι ληρεῖν ἀνδρὸς οὐχὶ σώφρονος.

qui versus non integri ad nos pervenerunt; audiamus Nauckium: „Das fehlerhafte νοσοῦντι ληρεῖν erklären die Scholien „μαινομένῳ συμφλυαρεῖν, weder sprachlich richtig noch passend „für den Zusammenhang. Als οὐχὶ σώφρων bezeichnet Lichas „offenbar den Boten, dessen Entfernung er verlangt, weil „dieser ληρεῖ, und somit etwas thut, was einem σώφρων nicht „ziemt. Hiernach vermutet M. Schmidt:

„τὸ γὰρ ληρεῖν νοσοῦντος ἀνδρός, οὐχὶ σώφρονος."

Ut meam sententiam expromam, rerum contextus repetendus est inde a versu 293, qui locus quum longior sit quam qui describatur, rerum fastigia percensere sufficiat.

Lichas ab Hercule domum praemissus Deianirae nuntiavit maritum salvum esse atque brevi post domum reversurum. Virgines aliquot captas secum duxit, quas dum aspicit Deianira, quamquam Herculis vice gaudens, misericordia movetur; unius virginis prae ceteris eam miseret, cuius deinde parentes atque originem rogat Licham.

---

1) Studia Critica. Verhandelingen der Koninkl. Acad. van Wetensch., afd. Letterk. VII.

Hic tamen veritatem celare studens respondet se nihil compertum habere; tum ipsam virginem interrogat Deianira, Lichas tamen eam prohibet quominus respondeat.

Jam venit nuntius quem nuper ad Herculem proficisci jusserat uxor; hic absente Licha Deianirae rem narrat: virginem, cui esse nomen Iolen, ab Hercule amari, patrem eam Herculi spondere noluisse, propterea eius urbem devastatam esse.

Redit Lichas ad proficiscendum festinans ne denuo interrogetur; tamen eum revocat Deianira, atque eum denuo rogat virginis originem nuntio coram; hi deinde rixantur; etiamnunc Lichas dominam veritatem celare utique vult; tandem nuntius profitetur se omnia quae modo narraverit ex ipso Licha audivisse; respondet Lichas verba ea de quibus nunc agimus.

Ni fallor res sic se habet: Lichae, postquam nuntius haec extrema verba dixit, nova argumenta desunt quibus se muniat; deinde eo perfugit ut dicat: abeat iste; mente captus enim est, ut eum refellere non possim.

Quid ipse Sophocles scripserit eruere certe difficile est, sententiae tamen optime satisfactum erit si scribis:

ἀποστήτω· τὸ γὰρ

νοσοῦντ' ἐλέγχειν ἀνδρὸς οὐχὶ σώφρονος,

i. e. abeat nuntius, mente captus enim est, quem si refutare conabor haud minus ego desipiam.

Duplex argumentum est quo in hac emendatione proponenda nitor; prius quod idem spectant ipsius Lichae verba quae paulo ante jam dixit vs. 414:

ἄπειμι· μῶρος δ' ἦ πάλαι κλύων σέθεν,

alterum sunt scholiastae verba: προστήτω οὖν, φησίν, ὁ ἄνθρωπος· οὐ γὰρ φιλονεικήσω πρὸς αὐτόν.

CAPUT XI.

Venimus ad artes fabrorum, a quibus multas imagines mutuatus est poeta. Hyllus matri narrans quam perniciosum patri fuerit donum ei a Lycha oblatum, rem sic describit Trach. 767: *προσπτύσσεται πλευραῖσιν ἀρτίκολλος, ὥστε τέκτονος, χιτὼν ἅπαν κατ' ἄρθρον*. Cf. fragm. 745:

εὖ γὰρ καὶ διχοστατῶν λόγος
σύγκολλα τἀμφοῖν ἐς μέσον τεκταίνεται.

Cum particulis illis quae decidunt si lignum serra teritur, Deianira comparat lanam, quae solis radiis calefacta humi prorsus absumitur; Trach. 699:

μορφῇ μάλιστ' εἰκαστὸν ὥστε πρίονος
ἐκβρώματ' ἂν βλέψειας ἐν τομῇ ξύλου.

fragm. 787 commemorantur *πρίονος πληγαί*; cf. fragm. 777: *δάφνην φαγὼν ὀδόντι πρῖε τὸ στόμα.*

Denique habemus Ai. 1030: *ζωστῆρι πρισθεὶς ἱππικῶν ἐξ ἀντύγων*, quod scholiasta interpretatur *ἐξαφθείς, ἐκδεσμηθείς*; cf. Nauck. in additamento.

Norma commemoratur in comparatione fragm. 307:

τοῖς μὲν λόγοις τοῖς σοῖσιν οὐ τεκμαίρομαι,
οὐ μᾶλλον ἢ λευκῷ λίθῳ λευκὴ στάθμη.

Cf. fragm. 421, 4:

ἴσον μετρῶν ὀφθαλμόν, ὥστε τέκτονος
παρὰ στάθμην ἰόντος ὀρθοῦται κανών.

Ad artem fabri lignarii fortasse etiam pertinet El. 97 sqq. quamquam eodem jure hi versus referri possunt ad agricolas qui arbores excidunt ne nimia umbra agris noceat, sive ad pastores qui caesis arboribus vias ad stabula obstruunt. Locus audit:

μήτηρ δ' ἡμὴ χὠ κοινολεχὴς
Αἴγισθος ὅπως δρῦν ὑλοτόμοι
σχίζουσι κάρα φονίῳ πελέκει.

Attamen Il. XVI, 482: *τέκτονες ἄνδρες* arbores excidere dicuntur.

Sequitur OR. 1112:

ἔν τε γὰρ μακρῷ
γήρᾳ ξυνᾴδει τῷδε τἀνδρὶ ξύμμετρος.

Lueckius [1]) addit: „fortasse propter verbi *ξυνᾴδειν* socie„tatem ut imago servetur, illud *σύμμετρος* ad cantus numeros „modulosque referendum est." Equidem propter adjectivum *μακρῷ* potius de mensura cogitandum esse arbitror; cf. OR. 561:

μακροὶ παλαιοί τ' ἂν μετρηθεῖεν χρόνοι.
ib. 963. *καὶ τῷ μακρῷ γε συμμετρούμενος χρόνῳ.*
„ 73. *καί μ' ἦμαρ ἤδη συμμετρούμενον χρόνῳ*
λυπεῖ τι πράσσει.

Deinde notanda sunt Ant. 387: *ποίᾳ ξύμμετρος προὔβην τύχῃ*, OR. 84: *ξύμμετρος ὡς κλύειν.*

---

1) II, pag. 9.

Eodem quoque pertinere videtur verbum σταθμᾶσθαι OR. 1111.

Ad artem fabri ferrarii pertinet Ant. 474. Hic locus etiam numerandus est inter eos, ubi aliquis exemplo adhibito alterum convincere studet; Creontis verba sunt ad Antigonen:

ἀλλ' ἴσθι τοι τὰ σκλήρ' ἄγαν φρονήματα
πίπτειν μάλιστα, καὶ τὸν ἐγκρατέστατον
σίδηρον ὀπτὸν ἐκ πυρὸς περισκελῆ
θραυσθέντα καὶ ῥαγέντα πλεῖστ' ἂν εἰσίδοις.

Adjectivum σκληρός deinde ad plures res traducitur: Ai. 1361: σκληρὰ ψυχή, OR. 36: σκληρᾶς ἀοιδοῦ; OC. 774: σκληρὰ μαλθακῶς λέγων; Ai. 1119: τὰ σκληρὰ δάκνει; OC. 1406: σκληρὰ πατρὸς τοῦδ' ἀρωμένου.

Cf. fragm. 19, 4: ὁ σκληρὸς οὗτος καὶ γίγαντας ἐκτρέφων, denique transfertur ad ea quae cum labore comparantur, OC. 1615: σκληρὰν τροφήν.

Περισκελής ad mentem transfertur Ai. 648:

ἀλλ' ἁλίσκεται
χὠ δεινὸς ὅρκος χαἰ περισκελεῖς φρένες.
κἀγὼ γὰρ, ὃς τὰ δείν' ἐκαρτέρουν τότε,
βαφῇ σίδηρος ὣς ἐθηλύνθην στόμα
πρὸς τῆσδε τῆς γυναικός,

quo loco difficultates scatent; cf. Nauckium: „ὁ δεινὸς ὅρκος „wird darauf bezogen, das Aias vs. 412 ff., 470 ff. erklärt „hatte, er könne das Leben nicht länger tragen: aber von „einem Eidschwure wird dort nichts gesagt, und schon „darum kan ὅρκος nicht richtig sein."

Suspicio oritur num fortasse Sophocles scripserit ὄγκος [1]),

1) Quod teste Nauckio jam Bothio placuit.

superbiae enim notio recte cohaeret cum ea quam continent verba περισκελεῖς φρένες, cum praeterea aliis de causis etiam hoc nomen optime quadret si comparamus vs. 758 sqq.:

τὰ γὰρ περισσὰ κἀνόητα λήματα [1])
πίπτειν βαρείαις πρὸς θεῶν δυσπραξίαις
ἔφασχ' ὁ μάντις, ὅστις ἀνθρώπου φύσιν
βλαστὼν ἔπειτα μὴ κατ' ἄνθρωπον φρονῇ.

Superbiae documenta et ipse Sophocles affert vss. 762—775, et scholiasta ad Ai. 127: φασὶ τὸν Αἴαντα τρίτον ἠσεβηκέναι περὶ τοὺς θεούς· πρῶτον μὲν ἐκβαλεῖν τοῦ δίφρου τὴν Ἀθηνᾶν βουλομένην αὐτῷ συμμαχεῖν, δεύτερον ἀπαλεῖψαι τὴν γλαῦκα τὴν ἐγγεγραμμένην τῷ ὅπλῳ αὐτοῦ ἐξ ἔθους πατρῴου, τρίτον ὅτι οὐκ ἐπείσθη τῷ πατρὶ συμβουλεύοντι πείθεσθαι τοῖς θεοῖς.

Comparanda etiam sunt Minervae ad Ulyssem verba Ai. 127:

ὑπέρκοπον
μηδέν ποτ' εἴπῃς αὐτὸς εἰς θεοὺς ἔπος,
μηδ' ὄγκον ἄρῃ μηδέν'.

Voce ὄγκος nostro loco probata recte concinunt quae habemus vs. 648: οὐκ ἔστ' ἄελπτον οὐδέν; Aiax enim invictus, superbus, semet ipso tantum fretus adeo ut ipsos deos contemneret, non exspectaverat se unquam tam gravem cladem accepturum esse.

Non magis expediti sunt vs. 758 sq.:

τὰ γὰρ περισσὰ κἀνόητα σώματα
πίπτειν βαρείαις πρὸς θεῶν δυσπραξίαις.

Rogare velim num forte praestet πτώματα pro σώματα, cf. Ant. 1045:

1) λήματα cum Nauckio pro σώματα.

πίπτουσι δ', ὦ γεραιὲ Τειρεσία, βροτῶν
χοἰ πολλὰ δεινοὶ πτώματ' αἴσχρ', ὅταν λόγους
αἰσχροὺς καλῶς λέγωσι τοῦ κέρδους χάριν,

qua emendatione probata ἀνόητα significat inexspectata, cui rei favent quae legimus vs. 756 sq.:

ἐλᾷ γὰρ αὐτὸν τῇδ' ἐν ἡμέρᾳ μόνῃ
δίας Ἀθάνας μῆνις,

i. e. si hodie deae iram evitare potuerit, postea ei mala non impendebunt, veniunt enim subito, inexspectata.

Scrupulos denique continet vs. 650:

κἀγὼ γάρ, ὃς τὰ δείν' ἐκαρτέρουν τότε.

Haec verba sententiae contextui non accommodata esse recte monet Nauckius; idem jam sensit scholiasta: γράφε ἐπηπείλησ' ἔπη· ἢ λείπει τὸ ἔπη ἵν' ᾖ ὅστις τὰ δεινὰ ἔπη ἐκαρτέρουν λέγειν τότε ὡσανεὶ προτοῦ.

Locum mihi sanare videor scribendo: ὃς τὰ δείν' ἐμάργαινον τότε, quod recte refertur ad ipsam Aiacis insaniam, pariterque ad ejus torva et iracunda responsa vs. 591: τοῖς ἀκούουσιν λέγε, vs. 592: πόλλ' ἄγαν ἤδη θροεῖς, vs. 594: μῶρά μοι δοκεῖς φρονεῖν, εἰ τοὐμὸν ἦθος ἄρτι παιδεύειν νοεῖς. Cf. fragm. 726: μαργότης φρενῶν.

Qua re probata certo abjicienda est quam proposuit emendatio Blümnerus ἐθηγάνθην pro ἐθηλύνθην [1]).

Eam pariter abjicit Pachler [2]), qui contra Blümnerum suam emendationem defendit βαύνῃ pro βαφῇ; comparat plures locos, qualis est Verg. Aen. VII, 176: recoquunt patrios fornacibus enses.

1) Fleckeisens Jahrbücher 1886, pag. 677 sq.
2) Fleckeisens Jahrbücher 1887, pag. 171 sqq.

Ipsam rem experientia doceri voluit: idcirco novaculam quam maxime acutam in igne posuit quoad penitus fervebat, deinde ferventem in aquam inmersit. Hoc facto chalybem durissimum quidem esse apparuit, verum aciem prorsus obtusam esse. Apparet igitur comparationem βαφῇ σίδηρος ὣς ἐθηγάνθην non teneri posse. Blümnerus suam emendationem illustrat: „ich wurde .... noch mehr bestärkt, gleichwie die „stahl durch die löschung nur noch härter wird."

Verum est στομοῦν et στόμωσις, proprie de indurando chalybe usurpata, interdum adhiberi ad aciem indicandam; inde tamen non sequitur eandem duplicem significationem habere verbum θήγειν, quamquam durities et acies satis arte inter se cohaerent: „je vorzüglicher der stahl, des to feiner wird die schneide." Intentissima cura deinde vir doctus undique contulit permulta quae pertinent ad indurandum chalybem et acuendos gladios, quae cum tamen cum nostro argumento minus cohaereant, omittenda sunt.

Casu quodam in studia critica incidimus, quae jam nobis relinquenda sunt si de uno praeterea loco viderimus qui ultro nobis se offert. Vidimus defendi posse vocem ὅρκος surrepsisse loco eo in Aiace vs. 649 pro genuino nomine ὄγκος. Haec duo nomina prorsus eodem modo confusa esse videntur El. 47. Orestes paedagogum instituit quomodo dolose domum intrare debeat ut rerum statum caute et accurate speculetur:

ἄγγελλε δ' ὅρκον προστιθεὶς ὁθούνεκα
τέθνηκ' Ὀρέστης ἐξ ἀναγκαίας τύχης,
ἄθλοισι Πυθικοῖσιν ἐκ τροχηλάτων
δίφρων κυλισθείς·

Quae jussus est hic postea nuntiat, argumentum commentis augens atque exornans adeo, ut per octaginta fere

versus verba faciat, *tumida oratione* res adumbrans quasi revera factae essent atque ipse testis oculatus adfuisset. Per se igitur orationis tumorem dicere non ineptum est; alterum argumentum accedit, quod de jurejurando ne unum quidem verbum audimus.

Redeamus ad artem fabri ferrarii; eo pertinent:

fragm. 742: *λάμπει γὰρ ἐν χρείαισιν ὥσπερ εὐπρεπὴς*
χαλκός.
„ 824: *ἀκροφύσιον· τὸ τῇ χώνῃ προστιθέμενον.*
Ai. 1034: *ἆρ᾽ οὐκ ἐρινὺς τοῦτ᾽ ἐχάλκευσεν ξίφος*
κἀκεῖνον Ἅιδης δημιουργὸς ἄγριος,

ubi vide Nauckii adnotationem;

fragm. 761: *ὀργὴ γέροντος ὥστε μαλθακὴ κοπὶς*
ἐν χειρὶ θήγει, σὺν τάχει δ᾽ ἀμβλύνεται.

Alter versus non integer ad nos pervenit; fortasse aliquid latet quale est *εἰ καὶ τέθηκται*. Accedunt Ai. 584: *γλῶσσα τεθηγμένη*, Ant. 1301: *ὀξύθηκτος*, Trach. 1176: *ὀξῦναι στόμα*, OR. 689: *καταμβλύνων κέαρ*.

Substantivum *στόμα* de cultris gladiis securibus dictum aciem significat; eandem hanc significationem aliquatenus sentimus Ai. 1110: *οὐ τὸ σὸν δείσας στόμα*, cf. OC. 963, Ant. 509. 997. Chalybem indurare est *στομοῦν*, substantivum est *στόμωσις*, quod translato sensu dictum habemus OC. 794:

τὸ σὸν δ᾽ ἀφῖκται δεῦρ᾽ ὑπόβλητον στόμα,
πολλὴν ἔχον στόμωσιν.

Verbum *μαλάσσειν* proprie dicitur de ferro quod ignis ope mollitur. Plat. Legg. II, pag. 666 B: *μαλακώτερον ἐκ σκληροτέρου τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος καθάπερ εἰς πῦρ σίδηρον ἐντεθέντα, γιγνόμενον*; de Rep. III, pag. 411 A: *εἴ τι θυμοειδὲς εἶχεν,*

ὥσπερ σίδηρον ἐμάλαξε, καὶ χρήσιμον ἐξ ἀχρήστου καὶ σκληροῦ ἐποίησεν.

Usus metaphoricus antiquissimus est; Menelaus secundum Homerum erat *μαλθακὸς αἰχμητής* [1]; Tecmessa Aiacem precatur vs. 594: *πρὸς θεῶν μαλάσσου*; Phil. 1334: *πρὶν ἂν νόσου μαλαχθῇς*. Cf. Ant. 1194: *τί γάρ σε μαλθάσσοιμ᾽ ἄν, ὧν ἐς ὕστερον ψεῦσται φανούμεθα*; cf. fragm. 203:

ἀνδρῶν γὰρ ἐσθλῶν στέρνον οὐ μαλάσσεται,

fragm. 63: *θάρσει, γύναι· τὰ πολλὰ τῶν δεινῶν, ὄναρ*
πνεύσαντα νυκτός, ἡμέρας μαλάσσεται.

Phil. 629: *λόγοισι μαλθακοῖς*, fragm. 429: *μαλθακῆς ὑπ᾽ ὠλένης*, fragm. 114: *σιάγονας μαλθακὰς τίθησι*. OC. 774: *σκληρὰ μαλθακῶς λέγων.*

Eodem pertinere contendit Lueckius adjectiva *ἐντριβής* Ant. 177, *παλιντριβής* Philoct. 448, *ἐπίτριπτος* Ai. 103.

Notabile est etiam fragm. 33:

ἀσπὶς γὰρ ἡμῖν λίγδος ὣς πυκνομματεῖ.

Denique habemus Ai. 820: *σφαγεὺς σιδηροβρῶτι θηγάνῃ νεηκονής*, quacum locutione comparandi sunt aliquot loci ubi videmus imagines ab edendi similitudine depromptas, fragm. 404: *ἀθηρόβρωτον ὄργανον*, Trach. 700: *πρίονος ἐκβρώματα*; Phil. 7 et Trach. 1084: *διάβορος νόσος*, Phil. 313: *ἀδηφάγος νόσος*; cf. fragm. 969 *b*: *ἀδηφάγοι· ἀγωνισταὶ ἵπποι οὕτως ἐκαλοῦντο.*

Sequuntur quaedam quae pertinent ad carminandam lanam; verbum *ξαίνειν* proprio sensu legitur fragm. 497; deinde habemus fragm. 450: *ἡδὺ ξανῆσαι καὶ προγυμνάσαι χέρα*, Ai. 728: *πέτροισι πᾶς καταξανθεὶς θανεῖν.*

Artem texendi spectat fragm. 269: *πάντα δ᾽ ἐρίθων ἀραχνᾶν*

1) Il. XVII, 588.

βρίθει, et quae annotantur ad fragm. 604, quamquam fortasse Sophoclis verba non sunt: *περιῶσι' ἄφυκτά τε μήδεα παντοδαπᾶν βουλᾶν ἀδαμαντιναῖς ὑφαίνεται κερκίσιν Αἶσα*; praeterea commemoratur fragm. 48: *ἄχνη Λυδῆς κερκίδος*, cf. Ant. 975: *ἀραχθέντων ὑφ' αἱματηραῖς χείρεσσι καὶ κερκίδων ἀκμαῖσιν*; accedit denique Ant. 39:

τί δ', ὦ ταλαῖφρον, εἰ τάδ' ἐν τούτοις, ἐγὼ
λύουσ' ἂν ἢ 'φάπτουσα προσθείμην πλέον;

Lueckius ad hunc locum haec habet [1]): „lepide poeta hoc „modo Ismenam, ut est ingenio muliebri, ex sua tanquam „provincia imaginem repetentem facit," et infra in margine: „animadvertendum est Sophoclem in effingendis imaginibus „diligentissime personarum ad quas pertinent naturam et „indolem observare. Velut verba *ὠδίς* et *ὠδίνειν* quantumvis „a propria significatione remota, nisi de feminis non usurpat, „cf. Trach. 42 et 325, Ai. 794. Aeschylus hoc minus dili„genter curavisse videtur; v. Suppl. 770."

Vera est viri docti observatio quod attinet ad *ὠδίς* et *ὠδίνειν*: Trach. 42 Deianira *πικρὰς ὠδῖνας* sentit propter Herculem nimis diu absentem, vs. 325 describitur Iole *ὠδίνουσα συμφορᾶς βάρος*; Ai. 794 Tecmessae verba sunt *ὥστε μ' ὠδίνειν τί φής*; locus Aeschyleus est:

φιλεῖ δ' ὠδῖνα τίκτειν νὺξ κυβερνήτῃ σόφῳ.

Attamen normae, quam sibi invenisse videtur Lueckius, repugnant quae legimus Ai. 316 sq.:

ἄναξ 'Οδυσσεῦ, καιρὸν ἴσθ' ἐληλυθώς,
εἰ μὴ ξυνάψων, ἀλλὰ συλλύσων πάρει,

ad quae verba Lueckius sui dissimilis nihil dicit nisi:

1) II, pag. 10.

„aliter comparata esse videntur;" sed vide etiam Creontis verba Ant. 1112: *αὐτός τ' ἔδησα καὶ παρὼν ἐκλύσομαι*, quae Nauckius illustrat; recte, ni fallor: „wie ich selbst den „Knoten geschürzt habe, so will ich auch in eigner Person „ihn lösen, Phil. 1224: *λύσων ὅσ' ἐξήμαρτον.*"

Plures locutiones metaphoricas habemus in verbis compositis *ἐφάπτειν* et *προσάπτειν*. El. 356: *τῷ τεθνηκότι τιμὰς προσάπτειν*, ib. vs. 432: *τούτων τύμβῳ προσάψῃ μηδέν*, OR. 668: *κακοῖς κακὰ προσάψει*; OC. 236, fragm. 514, 4, Trach. 933: *ἔγνω τοὔργον κατ' ὀργὴν ὡς ἐφάψειεν τόδε*. Cf. Ai. 1175. OC. 859.

Ad texendi artem trahendum est etiam adjectivum *ποικίλος*, cuius usum apud Homerum jam cognovimus, veluti ubi Vulcanus describitur quomodo scutum variis figuris exornet; legimus Il. XVI, 590:

ἐν δὲ χορὸν 'ποίκιλλε περικλυτὸς ἀμφιγυήεις [1]).

Quae sit propria significatio videmus Il. III, 125:

μέγαν ἱστὸν ὕφαινε
δίπλακα πορφυρέην, πολέας δ' ἐνέπασσεν ἀέθλους
Τρώων θ' ἱπποδάμων καὶ 'Αχαιῶν χαλκοχιτώνων,

unde vestes dicuntur *παμποίκιλα Fέργα γυναικῶν*, cui locutioni respondet apud Sophoclem *ποικίλῳ φάρει* fragm. 525.

Translato sensu legitur OC. 762: *μηχάνημα ποικίλον*, cf. fragm. 464:

ποικιλώτατον
ξουθῆς μελίσσης κηρόπλαστον ὄργανον.

cf. Phil. 343: *ἦλθον νηὶ ποικιλοστόλῳ*; transfertur deinde ad eum qui versute orationem variat. Phil. 130: *ποικίλως αὐδωμένου*; etiam Sphinx *ποικιλῳδός* dicitur OR. 130. Accedit fragm. 519:

1) Sophoclem eodem sensu dixisse *κιολίζειν* docemur fragm. 815.

τὰν γὰρ ἀνθρώπου ζόαν
ποικιλομήτιδες ἆται
πημάτων πάσαις μεταλλάσσουσιν ὥραις.

E Sophoclis Priamo lapidariorum nomen tantum commemoratur: *λατύποι*, quorum instrumenta sunt *λεῖαι* et *γλαρίδες*, fragm. 477.

Tonstrinam respiciunt Ai. 785: *ξυρεῖ ἐν χρῷ τοῦτο*, et Ant. 996: *βεβὼς ἐπὶ ξυροῦ τύχης*.

Coqui tantum commemorantur in fragmentis, *μάγειροι* dicuntur et *ἄρταμοι*: fragm. 977, 848; culinam spectant fragm. 531, 579, 978.

Piscatorem spectat fragm. 449 *b*, cf. Ant. 344.

CAPUT XII.

Sequuntur res mercatorum. Incipiamus a Trach. 537, ubi Deianira quam molesta sibi sit virgo nuper ab Hercule domum praemissa per comparationem exprimit:

παρεισδέδεγμαι, φόρτον ὥστε ναυτίλος,
λωβητὸν ἐμπόλημα τῆς ἐμῆς φρενός.

cf. fragm. 250: *αὐτόφορτοι· αὐτοδιάκονοι. κυρίως δὲ οἱ ἐν τοῖς ἰδίοις πλοίοις*.

Ad venditionem omnium primum pertinet substantivum *ἐμπολά*, fragm. 499, quod poetice nautarum qui mercaturam exercent aerumnosam vitam canit; ibi quoque *κερδαίνειν* proprio sensu de mercatoribus dictum est.

Deinde *κέρδος* et *κερδαίνειν* transferuntur ad omnia quae prosunt ita ut emendi vendendique notio prorsus evanescat; sentitur tamen locis quales sunt OC. 72:

ὡς ἂν προσαρκῶν σμικρὰ κερδαίνῃ μέγα.

Trach. 190:

ἀπῆξ᾽ ὅπως τοι πρῶτος ἀγγείλας τάδε
πρὸς σοῦ τι κερδάναιμι καὶ κτῴμην χάριν.

Magis dilucida imago est Trach. 93:

χώρει νυν, ὦ παῖ· καὶ γὰρ ὑστέρῳ τό γ᾽ εὖ
πράσσειν, ἐπεὶ πύθοιτο, κέρδος ἐμπολᾷ.

cf. Phil. 303: ἐξεμπολήσει κέρδος; Ant. 1036: ἐξημπόλημαι κἀκπεφόρτισμαι πάλαι; Phil. 579: τί με κατὰ σκότον ποτὲ διεμπολᾷ λόγοισι πρός σ᾽ ὁ ναυβάτης, ib. vs. 978: πέπραμαι κἀπόλωλα cf. Phil. 511, fragm. 517, 7.

Antequam de aliis videamus dicendum est de Ai. 977:

ὦ φίλτατ᾽ Αἴας, ὦ ξύναιμον ὄμμ᾽ ἐμοί,
ἆρ᾽ ἠμπόληκας, ὥσπερ ἡ φάτις κρατεῖ;

De hoc loco acute et vere mihi Lueckius disputare videtur[1]), atque rem acu tetigisse: „nego enim ac pernego „Teucrum tum primum ad fratris carissimi exanimatum „corpus accedentem frigidissima illa metaphora uti potuisse, „quam viri docti deprehendere sibi videntur. Nam qui me- „taphora utitur, eius animum sine dubio illam regionem et „tanquam provinciam ex qua petita est, observare necesse „est: num vero credemus primo fratris defuncti aspectu „Teucri animum nescio quibus mercatorum teneri negotiis? „Talis quidem translationis fortasse excusatio esset, si me- „taphora tam vulgaris tamque usu trita esset, ut omnino „non sentiatur."

Assentitur deinde Lueckius Dindorfio hoc loco tale quid requiri quale ἐξέπνευσας vs. 1026. Id verum esse etiam apparet e chori responso ὄλωλεν ἀνὴρ Τεῦκρε. Idcirco Lueckius proposuit ἆρ᾽ ἐμπέπληκας, scil. τὴν σαυτοῦ μοῖραν; provocat ad ejusmodi locos Plat. Legg. XII, pag. 959 C, Herod. III, 142, Hom. Il. IV, 170, ubi tamen plena locutio legitur addito nomine μοῖρα sive πότμος.

1) II, pag. 12.

Verum est verba τελευτᾶν et similia eo sensu sine objecto usisata fuisse; id tantum dubitari potest num per analogiam idem usus verbi ἐμπιμπλάναι possit defendi.

Ad emptionem pertinet Ai. 477:

οὐκ ἂν πριαίμην οὐδενὸς λόγου βροτὸν,
ὅστις κεναῖσιν ἐλπίσιν θερμαίνεται.

Cf. Ant. 1171: τἄλλ᾽ ἐγὼ καπνοῦ σκιᾶς οὐκ ἂν πριαίμην. fragm. 756:

ὠνὴν ἔθου καὶ πρᾶσιν, ὡς Φοῖνιξ ἀνὴρ,
Σιδώνιος κάπηλος.

Propter comparationem mentio facienda est fragm. 635:

βλέφαρα κέκληται ὡς καπηλείου θύραι,

qui versus nos ducit ad aliquot ejusdemmodi locos claudendi notionem continentes; Ant. 180 et 505 φόβος dicitur τὴν γλῶσσαν ἐγκλῄειν, cf. fragm. 698: φόβου μόχλος, fragm. 467 b: ψυχῆς ἀνοῖξαι τὴν κεκλῃμένην πύλην. fragm. 673:

κλῇθρον γὰρ οὐδὲν ὧδ᾽ ἂν εὐπαγὲς λάβοις
γλώσσης δι᾽ οὗ κρυφαῖον οὐ διέρχεται.

Accedit OC. 1052: κλῄς ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακε προσπόλων Εὐμολπιδᾶν, cf. OC. 1684: νὺξ ἐπ᾽ ὄμμασιν βέβακεν.

Pensuram spectant plures locutiones metaphoricae: OC. 1508: ῥοπὴ βίου, OR. 961: σμικρὰ παλαιὰ σώματ᾽ εὐνάζει ῥοπή; Trach. 82: ἐν οὖν ῥοπῇ τοιᾷδε κειμένᾳ; cf. Ant. 722, OR. 847, fragm. 964, 4:

ὅταν δὲ δαίμων ἀνδρὸς εὐτυχοῦς τὸ πρὶν
πλάστιγγ᾽ ἐρείσῃ τοῦ βίου παλίρροπον,

ubi vide Dindorfium et Lueckium II, pag. 14.

Accedit El. 117: *μούνη γὰρ ἄγειν οὐκέτι σωκῶ λύπης ἀντίρροπον ἄχθος.* Pariter *ἄγειν* ad pensuram pertinere teste Lueckio affirmat Ellendtius Ant. 34: *τὸ πρᾶγμ᾽ ἄγειν οὐχ ὡς παρ᾽ οὐδέν* et OR. 783: *δυσφόρως τοὔνειδος ἦγον*; eodem pertinet El. 569:

ὡς πατὴρ ἀντίσταθμον
τοῦ θηρὸς ἐκθύσειε τὴν αὑτοῦ κόρην.

cf. *σταθμᾶσθαι* translate dictum OR. 1111:

εἰ χρή τι κἀμὲ μὴ συναλλάξαντά πω
πρέσβεις, σταθμᾶσθαι, τὸν βοτῆρ᾽ ὁρᾶν δοκῶ.

Ad mensuram pertinet fragm. 926 *a*:

ὡς μήτε κρούσῃς μήθ᾽ ὑπὲρ χεῖλος βάλῃς.

CAPUT XIII.

Supersunt quae ad bellum pertinent; ipsum nomen *πόλεμος* translata significatione adhibetur El. 218: *σᾷ δυσθύμῳ τίκτουσ᾽ αἰεὶ ψυχᾷ πολέμους*; respicitur odium Aegisthi et Clytaemnestrae, cf. fragm. 681:

πενίας γὰρ οὐδείς ἐστι μείζων πολέμιος.

Vox Homerica *φύλοπις* de rixis inter sorores dictum est El. 1072.

Verbum *πολεμεῖν* semel translate dictum est OC. 191: *μὴ χρείᾳ πολεμῶμεν.*

Usus vocis *μάχη* tantum notabilis est Ant. 781: *Ἔρως ἀνίκατε μάχαν*, itidemque verbi simplicis *μάχεσθαι* fragm. 205:

πῶς οὖν μάχωμαι θνητὸς ὢν θείᾳ τύχῃ;

Venimus ad verba composita *ὑπερμαχεῖν* Ai. 1346 et *συμμαχεῖν* Ant. 740, quae ad disceptationem, non ad certamen quod armis decernitur referenda sunt; accedit *δυσμαχεῖν* Trach. 497: *θεοῖσι δυσμαχοῦντες*, et Ant. 1106: *ἀνάγκῃ δ᾽ οὐχὶ δυσμαχητέον.*

Adjectivum *σύμμαχος* proprio sensu legitur Ai. 90, 117, alibi; cf. OC. 1012 ubi Oedipus invocat *θεὰς ἀρωγοὺς ξυμμάχους*; OR. 274: *ἥ τε σύμμαχος Δίκη*; deinde ad alia transfertur; El. 990:

ἡ προμηθία
καὶ τῷ λέγοντι καὶ κλύοντι σύμμαχος.

fragm. 302: οὐκ ἔστι τοῖς μὴ δρῶσι σύμμαχος τύχη.
„ 667: ἡ γὰρ σιωπὴ τῷ λαλοῦντι σύμμαχος.

Plures voces quae ad bellum pertinent copulatas habemus Ant. 781:

Ἔρως ἀνίκατε μάχαν,
Ἔρως, ὃς ἔν τ' ἀνδράσι πίπτεις,
ὃς ἐν μαλακαῖς παρειαῖς
νεάνιδος ἐννυχεύεις.

Cf. Ant. 593:

ἀρχαῖα τὰ Λαβδακιδᾶν οἴκων ὁρῶμαι
πήματ' ἄλλ' ἄλλοις ἐπὶ πήμασι πίπτοντ',

ubi Sophocles respexisse videtur quae in pugna cadunt σώματα ἐπὶ σώμασι [1]).

Oppidum quod munimenta tuentur ab hostium impetu respicit Ai. 910: ἄφαρκτος φίλων, cf. schol.: ἀφύλακτος, οὐ πεφραγμένος καὶ τετειχισμένος τοῖς φίλοις; cf. Ant. 241: ἀποφάργνυσαι κύκλῳ τὸ πρᾶγμα.

Πρόβλημα translate nominatur Ai. 1075:

οὔτ' ἂν στρατός γε σωφρόνως ἄρχοιτ' ἔτι
μηδὲν φόβου πρόβλημα μηδ' αἰδοῦς ἔχων,

cf. ib. vs. 1211:

καὶ πρὶν μὲν ἐννυχίου
δείματος ἦν μοι προβολὰ
καὶ βελέων θούριος Αἴας.

1) Lueck. III, pag. 11.

Ῥῦμα per metaphoram nominatur Ai. 158:

σμικροὶ μεγάλων χωρὶς
σφαλερὸν πύργου ῥῦμα πέλονται.

Ἔρυμα semel occurrit solito sensu Ai. 467: ἔρυμα Τρώων.

Πύργος per metaphoram dicitur de Oedipode, qui Sphinge deleta θανάτων δ' ἐμᾷ χώρᾳ πύργος ἀνέστα OR. 1200; praeterea nominatur ut quod multum valet indicetur Ant. 951:

ἀλλ' ἁ μοιριδία τις δύνασις δεινά·
οὔτ' ἄν νιν ὄλβος οὔτ' Ἄρης,
οὐ πύργος, οὐχ ἁλίκτυποι
κελαιναὶ νᾶες ἐκφύγοιεν.

OR. 56: ὡς οὐδέν ἐστιν οὔτε πύργος οὔτε ναῦς
ἔρημος ἀνδρῶν μὴ ξυνοικούντων ἔσω.

Idem usus valet in voce δόρυ, quod saepe ita nominatur ut fere sit virtutis „attributum". Ai. 764: τέκνον, δόρει βούλου κρατεῖν, cf. vs. 962:

ἴσως τοι, κεἰ βλέποντα μὴ ἐπόθουν,
θανόντ' ἂν οἰμώξειαν ἐν χρείᾳ δορός.

Cf. Ai. 515. 1056. 1270. 1275, OC. 620. 1304. 1314 1386, Ant. 195. 665. 674, cf. δορυσσοῦς Ἀμφιάρεως OC. 1313; δορυσσοήτων μόχθων ἄταν ἐπάγων Ai. 1188, ubi cf. Nauckium; deinde El. 46: δορύξενος, et OC. 1524:

ὥς σοι πρὸ πολλῶν ἀσπίδων ἀλκὴν ὅδε
δορός τ' ἐπακτοῦ γειτόνων ἀεὶ τιθῇ.

Ad omnipotentem Venerem referenda sunt fragm. 678. 15 sqq.:

ἄνευ δορὸς,
ἄνευ σιδήρου πάντα τοι συντέμνεται
Κύπρις τὰ θνητῶν καὶ θεῶν βουλεύματα.

Generali nomine si ὅπλα dicuntur, simpliciter arma significantur, Ai. 41, alibi; arcus autem et sagittae quas possidebat Philocteta designantur Phil. 78, 262, alibi, cf. OR. 469: ἔνοπλος πυρὶ καὶ στεροπαῖς.

Notandus est usus metaphoricus verbi ὁπλίζειν El. 995:

ποῖ γάρ ποτ' ἐμβλέψασα τοιοῦτον θράσος
αὐτή θ' ὁπλίζει κἄμ' ὑπηρετεῖν καλεῖς;

quod recte explicat scholiasta: λίαν ἐμφαντικῶς τῷ θράσει φησὶν αὐτὴν ὁπλίζεσθαι ὡς μηδὲν ἀμυντήριον αὐτὴν ἔχουσαν ἢ μόνον θράσος; cf. El. 1086: τὸ μὴ καλὸν καθοπλίσασα.

Neque omittendum est adjectivum Homericum quod reposuit Nauckius OR. 884:

εἰ δέ τις ὑπέροπλα χερσὶν ἢ λόγῳ πορεύεται [1]).

Substantivum ἔγχος bis per metaphoram adhibetur; pestis quae Thebas vexabat, dicitur OR. 27: πυρφόρος θεός, cf. vs. 190 sqq.: Ἄρεά τε τὸν μαλερὸν κ. τ. λ.; eum quomodo arcerent quaerebant Thebani; quum nondum tamen haberent quo quasi armis eum rejicerent, chorus canit vs. 169: οὐδ' ἔνι φροντίδος ἔγχος, ᾧ τις ἀλέξεται; alter locus legitur fragm. 480: πῦρ ἱερὸν, τῆς εἰνοδίας Ἑκάτης ἔγχος.

Sagittandi artem respicit poeta OR. 203:

Λύκει' ἄναξ, τά τε σὰ χρυσοστρόφων ἀπ' ἀγκυλᾶν
βέλεα θέλοιμ' ἂν ἀδάματ' ἐνδατεῖσθαι,

qui locus in memoriam revocat Il. I, 53:

ἐννῆμαρ μὲν ἀνὰ στρατὸν ᾤχετο κῆλα θεοῖο,

propterea quod utrobique videmus morbum repeti ab Apollinis sagittis.

---

1) Cf. Il. I, 205: ϝῇ ὑπεροπλίῃ; XV, 185: ὑπέροπλον ἔϝειπε.

Ira, aculeorum magistra, lepide sagittis instructa fingitur OR. 892: θυμῶν βέλη, cf. Ant. 1085: ἀφῆκα θυμῷ καρδίας τοξεύματα. Trach. 881:

τίς θυμὸς ἢ τίνες
νόσοι τάνδ' αἰχμὰν
βέλεος κακοῦ ξυνεῖλε;

Ant. 358: δύσομβρα βέλη, Trach. 1087: βέλος κεραυνοῦ.

Sequitur nomen λόγχη OC. 1311:

σὺν ἑπτὰ τάξεσιν σὺν ἑπτά τε
λόγχαις τὸ Θήβης πεδίον ἀμφεστᾶσι πᾶν.

Schol.: ἕκαστον σύστημα ἑνικῶς ὀνομάζει λόγχην, ὡς εἴ τις ἐπὶ πολλῶν ἵππων εἴπῃ τὴν ἵππον. Ant. 145:

καθ' αὑτοῖν
δικρατεῖς λόγχας στήσαντ' ἔχετον
κοινοῦ θανάτου μέρος ἄμφω.

Vide etiam fragm. 169.

Scutum vix commemoratur; mentio ejus fit OC. 1524, quem locum supra attulimus, cf. fragm. 376:

ἀλλ' ἀσπιδίτην ὄντα καὶ πεφραγμένον
ὡς ἀσπιδοῦχος, ἢ Σκύθης τοξεύμασι.

Verbum ἁμαρτάνειν indicat aliquem propositum non percutere; in ea significatione legitur Ai. 155: τῶν μεγάλων ψυχῶν ἱεὶς οὐκ ἂν ἁμάρτοις; notissima est locutio Homerica ἤμβροτες οὐδ' ἔτυχες, quacum comparari potest fragm. 147:

ἀλλ' ἀμφὶ θυμῷ τὴν κάκοσμον οὐράνην
ἔρριψεν οὐδ' ἥμαρτε.

Metaphoram habemus Trach. 1136: ἥμαρτε χρηστὰ μωμένη; OR. 620: τὰ τοῦδε μὲν πεπραγμέν' ἔσται, τἀμὰ δ' ἡμαρτημένα; El. 1320:

οὐκ ἂν δυοῖν ἥμαρτον· ἢ γὰρ ἂν καλῶς
ἔσωσ᾽ ἐμαυτὴν ἢ καλῶς ἀπωλόμην,

quibus etiam plures loci addi possunt ubi verbum per metaphoram adhibitum significat aberrationem ab iis rebus quas fieri par est. Idem valet de verbo *ἀμπλακεῖν*, quod proprio legitur sensu Ant. 1233: *ἐκ δ᾽ ὁρμωμένου πατρὸς φυγαῖσιν ἤμπλακε:* translate autem dicitur Ant. 554: *κἀμπλάκω τοῦ σοῦ μόρου*, ib. vs. 910: *εἰ τοῦδ᾽ ἤμπλακον*, cf. ib. vs. 51: *ἀμπλάκημα*.

Furiae, quae nunquam in puniendo malefico errant, ideo dicuntur *ἀναπλάκητοι* OR. 472, cf. Trach. 121: *τὶς θεῶν αἰὲν ἀναμπλάκητον Ἅιδα σφε δόμων ἐρύκει.*

Verbum *τυγχάνειν* proprio sensu „scopum icere" non occurrit apud Sophoclem; metaphoricus usus tamen tam late patet ut longum sit omnes ejusmodi locos conquirere; sufficiant El. 31: *εἰ μή τι καιροῦ τυγχάνω*, Phil. 619: *καὶ τούτων κάρα τέμνειν ἐφεῖτο τῷ θέλοντι μὴ τυχών.*

Huc denique pertinet secundum scholiastam Ai. 976: *βοῶντος ἄτης τῆσδε ἐπίσκοπον μέλος*; interpretatur ille: *οὐχ ἡμαρτηκὸς τῆς συμφορᾶς ἀλλ᾽ ἐστοχασμένον*, cf. Nauckium ad hunc locum.

Tela jacienda spectant Ant. 1088: *ἵνα τὸν θυμὸν οὗτος ἐς νεωτέρους ἀφῇ*, OC. 731: *μήτ᾽ ἀφῆτ᾽ ἔπος κακόν.*

Insidiae per metaphoram commemorantur Ant. 1074, ubi Furiae, quae semper hominum malefacta observant ut tempus atque occasionem poenarum exigendarum quasi in insidiis abditae speculentur, mortalibus insidiari dicuntur:

τούτων σε λωβητῆρες ὑστεροφθόροι
λοχῶσιν Ἅιδου καὶ θεῶν Ἐρινύες.

cf. El. 490: *ἃ δεινοῖς κρυπτομένα λόχοις χαλκόπους Ἐρινύς.*

Sequitur OR. 198: *εἴ τι νὺξ ἀφῇ, τοῦτ᾽ ἐπ᾽ ἦμαρ ἔρχεται;*

Nauckius: „*ἀφίημι*, aus den Händen lassen, und *ἐπέρχομαι* sind vom Kriege entlehnt"; eodem pertinere videtur Ant. 700:

τοιάδ᾽ ἐρεμνὴ σῖγ᾽ ἐπέρχεται φάτις.

Nauckius hic dicit: „der Ausdruck ist befremdlich"; tamen ni fallor recte sese habet; cives enim postquam decretum Creontis noverunt Antigonen capite damnatam esse, ab ejus crudelitate animique saevitia abhorrentes, quum longe alia sentirent, concitatis animis in eum tantum non minis invecti sunt; eorum iram tamen parum abfuisse quin erumperet, concludi potest ex adhortationibus, quibus usus est Haemon ut patris severitatem mitigaret, exemplis allatis ab arbore, a gubernatore procellae non cedente petitis.

Haec sententia igitur in eo versu inesse videtur: erga te non bene animati cives clam inter sese rem disserunt; nisi iis cedas eorum fastidium mox hostis instar te petens se extollet.

Sequuntur verba *ἐναίρειν* et *ἐναρίζειν*; habemus OC. 842: *πόλις ἐναίρεται*; eodem verbo utitur Philocteta de bestiis arcu interficiendis Phil. 955:

οὐ πτηνὸν ὄρνιν, οὐδὲ θῆρ᾽ ὀρειβάτην
τόξοις ἐναίρων,

cf. Ai. 26: *λείας κατηναρισμένας*; etiam notandi sunt versus Phil. 945: *ἐναίρων νεκρόν* et Ant. 871: *θανὼν ἔτ᾽ οὖσαν κατήναρές με.*

Ambigunt interpretes num ita scripserit Sophocles ut legimus Trach. 94:

ὃν αἰόλα νὺξ ἐναριζομένα
τίκτει κατευνάζει τε, φλογιζόμενον
Ἅλιον, Ἅλιον αἰτῶ.

Varias emendationes Nauckius in additamento citat; ipse

ad hunc locum inter plura dicit: „unter ἐναριζομένα pflegt „man die des Sternenschmuckes beraubte Nacht zu ver-„stehen, was sich nicht wohl verträgt mit αἰόλα."

Attamen mihi haec recte sese habere videntur et commode explicari posse. Poetice et ipsis rebus convenienter Sophocles auroram describit, modo ut eum intelligamus rerum ipsam naturam nobiscum reputemus.

„Nox," inquit poeta, „parit diem"; nec tamen nocturnam caliginem statim, nullo temporis puncto intermisso, dies sequitur, sed sensim paulatimque illucescit, igitur non nox sideribus adhuc splendentibus diem parit, sed nox, quae decore suo sensim magis magisque privatur: νὺξ ἐναριζομένα [1]).

Vespertino autem tempore per aliquod temporis spatium denuo videmus, quamquam inversa ratione, eandem lucis egestatem, quam non amplius diem vocamus, necdum est atra nox, sed nox pariter non stellarum fulgore nitens, quod crepusculi tempus, si eandem imaginem tenes, vocari possit νὺξ ἠναρισμένη, quae explicatio si probari potest habemus haecce: nox antequam diem parit suo nitore spoliatur, spoliata autem diem ad quiescendum denuo recipit; nisi forte mutata interpunctione melius scribatur:

ὃν αἰόλα νὺξ ἐναριζομένα (dum spoliatur)
τίκτει, κατευνάζει τε φλογιζόμενον,
Ἅλιον Ἅλιον αἰτῶ.

ut ἐναριζομένα tantum referatur ad νὺξ τίκτει, deinde substantivum νύξ denuo subintelligatur ante κατευνάζει.

1) Cf. Ovid. Met. II, 114:
diffugiunt stellae, quarum agmina cogit
Lucifer, et coeli statione novissimus exit.
quem petere ut terras mundumque rubescere vidit,
cornuaque extremae velut evanescere lunae, sqq.

Ad constructionem comparari possunt OC. 730: ἐμῆς ἐπεισόδου, ὃν μήτ' ὀκνεῖτε, quasi praecesserit μέ, Trach. 768: χιτὼν προσπτύσσεται πλευραῖσιν ἀρτίκολλος, ὥστε τέκτονος, scil. κολλήσαντος; alia.

Quoquomodo viri docti locum hunc accipiunt, certo propter me judice pulcherrimam metaphoram ab omni suspicione vindicare velim verba νὺξ ἐναριζομένα τίκτει Ἅλιον.

Urbes vastandas spectant Tecmessae verba Ai. 896:

ᾤχωκ' ὄλωλα διαπεπόρθημαι, φίλοι,

cf. ib. vs. 1198: κεῖνος (qui arma invenit) ἔπερσεν ἀνθρώπους; Herculis verba Trach. 1104: ἐκπεπόρθημαι τάλας, OR. 1455: μήτε μ' ἂν νόσον μήτ' ἄλλο πέρσαι μηδέν, OC. 703: ἁλιώσει χερὶ πέρσας (scil. ἐλαίαν).

Proditionis notionem sentimus Ant. 322: ἐπ' ἀργύρῳ τὴν ψυχὴν προδούς, cf. El. 125:

ματρὸς ἁλόντ' ἀπάταις Ἀγαμέμνονα
κακᾷ τε χειρὶ πρόδοτον,

qui locus nos ducit ad verbum ἁλίσκομαι, quod saepius per metaphoram adhibetur, v. c. Ai. 216: μανίᾳ ἁλούς, OR. 542: τυραννίδα θηρᾶν, ὃ πλήθει χρήμασίν θ' ἁλίσκεται.

Hisce absolutis habuimus eas comparationes et translationes, quae inter singula genera quot observavimus dividi possunt. At supersunt plures, quae propter ipsam naturam neque uni alterive generi recte adscribuntur, neque ab altera parte omittendae sunt, si quis iis studiis incubuit ut ad translatum verborum usum attendat.

At vero omnes, ne una quidem omissa, metaphoras percensere quantae molis est! Ingens enim est numerus et in

Graeca et in qualibet alia lingua, quae cum loquendi consuetudine adeo coaluerunt, ut ex ipso sermone evelli prorsus nequeant, et quae eo usque usu tritae sunt atque obsoletae, ut jam nemo ad eas attendat, quin etiam, ut propria vis vix ac ne vix quidem sentiatur.

Aliud accedit. Non possumus judicare de iis vocibus, quarum derivatio hodie latet; sunt quae raro vel semel in tota Graecitate legantur, sive significatione rariore hic illicve occurrant; num forte ea significatio quam nos tamquam rariorem miramur re vera ad vocis originem atque primariam vim propius accedat quis dicat?

Apud recentiores multarum vocum significatio prorsus deflectit; cur incredibile est apud Homerum (et apud eos qui eum imitati sint) occurrere voces quarum sententia jam satis multum deflexerit ab ea quam habuerit temporibus etiam longe vetustioribus? Idem valet de locutionibus: sunt quarum propria vis postquam sensim magis magisque delituit, tandem prorsus evanuit; immo in nostra vernacula lingua locutiones ignotae originis etiamnunc usitatas esse me puerum in schola didicisse memini.

Inter ea quae usu trita atque obsoleta esse diximus, primo loco nominanda sunt verba, quae proprie de hominibus sive animalibus dicta deinde ad alia translata sunt, non solum ea quae concreta sed etiam quae abstracta dicere solemus. Prioris generis exemplum habemus Ant. 712:

ὁρᾷς παρὰ ῥείθροισι χειμάρροις ὅσα
δένδρων ὑπείκει, κλῶνας ὡς ἐκσῴζεται,

alterius generis exempla sufficiant Ant. 328: *τοῦτο γὰρ τύχη κρίνει*, ib. vs. 235: *τῆς ἐλπίδος γὰρ ἔρχομαι δεδραγμένος*, ubi jam eadem metaphora agnoscenda esse videtur qua nos utentes spem ancorae imagine representamus. Cf. OR. 865:

νόμοι πρόκεινται
ὑψίποδες, οὐρανίαν
δι' αἰθέρα τεκνωθέντες, ὧν Ὄλυμπος
πατὴρ μόνος, οὐδέ νιν
θνατὰ φύσις ἀνέρων
ἔτικτεν.

Plane eodem modo verbum *τίκτειν* satis crebro dicitur; Trach. 95: *νὺξ τίκτει Ἅλιον*, El. 218: *τίκτουσα ψυχᾷ πολέμους*, ib. vs. 235: *τίκτειν ἄταν ἄταις*, Ai. 522, fragm. 288. 584, cf. OC. 618: *χρόνος τεκνοῦται νύκτας ἡμέρας τ' ἰών.*

Notandus est usus vocis *ἀδελφός* Ant. 192: *ἀδελφὰ τῶνδε κηρύξας*, et fragm. 663, 4:

ἡ δὲ μωρία
μάλιστ' ἀδελφὴ τῆς πονηρίας ἔφυ.

Denique notare velim Ant. 1275: *λακπάτητον ἀντρέπων χαράν*, et comparationes quas habemus Ai. 998:

ὀξεῖα γάρ σου βάξις ὡς θεοῦ τινος
διῆλθ' Ἀχαιοὺς πάντας ὡς οἴχει θανών,

et OR. 1260:

δεινὸν δ' ἀΰσας ὡς ὑφηγητοῦ τινος
πύλαις διπλαῖς ἐνήλατ'.

CAPUT XIV.

Sophocleus usus aliquot nominum dignus est qui accuratius observetur; omnium primum videamus de iis, quae ipsum corpus indicant: σῶμα, δέμας, εἶδος.

Apud Homerum σῶμα non dici nisi de cadavere notum est; eo sensu etiam apud Sophoclem dictum occurrit, v. c. Ant. 1198: κυνοσπάρακτον σῶμα Πολυνείκους, deinde usurpatur ad cinerem indicandum qui combusto corpore remanet, El. 1118: τόδ' ἄγγος ἴσθι σῶμα τοὐκείνου στέγον.

De vivo corpore variis modis dicitur: si nude σῶμα nominatur saepe notio subest imbecillitatis atque condicionis miserae, veluti in Herculis verbis Trach. 1193:

ἐνταῦθά νυν χρὴ τοὐμὸν ἐξάραντά σε
σῶμ' αὐτόχειρα, καὶ ξὺν οἷς χρῄζεις φίλοις,
πολλὴν ὕλην — (1196) κείραντα — (1197) σῶμα τοὐμὸν ἐμβαλεῖν.

Cf. vs. 1210: καὶ πῶς ὑπαίθων σῶμ' ἂν ἰώμην τὸ σόν; fragm. 109, 9: δυσειδὲς σῶμα, OC. 200: γεραὸν σῶμα, OR. 961: σμικρὰ παλαιὰ σώματ' εὐνάζει ῥοπή, OC. 264 sqq., 355.

Notabilis praeterea est OR. 642:

δρῶντα γάρ νιν, ὦ γύναι, κακῶς
εἴληφα τοὐμὸν σῶμα σὺν τέχνῃ κακῇ,

qui locus eodem referendus est, significat enim vitae salutem in discrimen adductam [1]), aeque ac Ant. 676:

σώζει τὰ πολλὰ σώμαθ' ἡ πειθαρχία.

Ab hac significatione distant Oedipodis verba OC. 1104:

καὶ τὸ μηδαμὰ
ἐλπισθὲν ἥξειν σῶμα βαστάσαι δότε.

Sententiam perspicimus: Oedipus caecus filias videre non amplius poterat, tamen ei concessum erat ut earum corpora manu contrectaret. Eodem modo, nulla peculiari notione subjecta, simpliciter corpus significatur Ai. 1077. OC. 610. El. 1233; lepidum exemplum habemus El. 1333:

ἢν ἂν ὑμῖν ἐν δόμοις
τὰ δρώμεν' ὑμῶν πρόσθεν ἢ τὰ σώματα.

Cum acumine quodam orationis consulto litterarum similitudinem hic a poeta quaesitam esse suspicatur Schmidtius [2]). Corpus et animus inter se opponuntur fragm. 677:

εἰ σῶμα δοῦλον, ἀλλ' ὁ νοῦς ἐλεύθερος.

Denique notanda est periphrasis OC. 1568: σῶμα ἀνικάτου θηρός.

Sequitur δέμας, quod ubi legitur tantum non semper fragilitatem et imbecillitatem denotat, unde fit ut saepe ejusdem significationis adjectivum addatur: οἰκτρὸν δέμας, El. 1161: ἄθλιον δέμας, El. 756. OC. 576. OR. 1388. Trach. 1056, 1079; sed etiam sine adjectivi ope nomen eandem vim habet:

---

1) F. W. Schmidt: de ubertate orat. Sophocl. I, pag. 22.
2) Ib. I, pag. 12.

Phil. 823: ἱδρώς γέ τοί νιν πᾶν καταστάζει δέμας.
OC. 501: οὐ γὰρ ἂν σθένοι τοὐμὸν δέμας
ἔρημον ἕρπειν οὐδ' ὑφηγητοῦ δίχα.

Eadem vox etiam adhibetur de eo qui adverso fato miseram mortem occubuit, El. 57:

τοὐμὸν ὡς ἔρρει δέμας
φλογιστὸν ἤδη καὶ κατηνθρακωμένον,

et de Polynice quem vel mortuum ulciscendi cupiditas Creontis persequitur, Ant. 206:

ἐᾶν δ' ἄθαπτον καὶ πρὸς οἰωνῶν δέμας
καὶ πρὸς κυνῶν ἐδεστὸν αἰκισθέν τ' ἰδεῖν,

ib. vs. 902: Πολύνεικες τὸ σὸν δέμας περιστέλλουσα; cf. fragm. 303.

Plane contra corporis vigorem significat δέμας OC. 110: οὐ γὰρ δὴ τόδ' ἀρχαῖον δέμας; cf. Ant. 945:

ἔτλα καὶ Δανάας οὐράνιον φῶς
ἀλλάξαι δέμας ἐν χαλκοδέτοις αὐλαῖς.

Accedit denique Trach. 907: εἰ βλέψειεν οἰκετῶν δέμας, quem locum refert Schmidtius ad eos unde efficiunt viri docti Trachinias fabulam non eodem studio perfectam atque politam esse et reliquas [1]); cf. Curt. IV, 20, 6 vilia captivorum corpora.

Dubii plenus locus est fragm. 239, 3:

πρῶτα μὲν λαμπρᾶς ἕω
κεκλημάτωται χῶρος εὐανθὲς δέμας,

1) Ib. pag. 19. Operae pretium et comparare Hoppii verba ad Phil. vs. 1092 (pag. 17): „Philoctetam et Oedipum Coloneum certe extrema senectute scripsit, nec multo distare ab illis Trachinias verisimile est: ut non dubitem quin .... aliquid ex Euripideo usu poeta assumpserit."

quae verba variis modis tentarunt viri docti. Dindorfius aliorum quos nominatim dicit emendationes adhibens, edidit:

κεκλημάτωται χλωρὸν οἰνάνθης δέμας.

Schmidtius [1]) voluit κεκλημάτωται χῶρος εὐανθεῖς κλάδας; ni fallor ex utraque scriptura etiam rectior fit tertia si scribis χλωρὸς εὐανθεῖς κλάδους; praetulerim enim κλάδους comparatis OR. 3: ἱκτηρίοις κλάδοισι et ib. vs. 143: ἱκτῆρας κλάδους.

Neque omittendum est nomen εἴδωλον, quod pariter usurpatur de eo cuius vires fractae sunt. OC. 110: οἰκτείρατ' ἀνδρὸς Οἰδίπου τόδ' ἄθλιον εἴδωλον, ubi praeterea attendendum est ad antithesin inter nomina ἀνήρ et εἴδωλον; illud enim pristinam virtutem et gloriam significat [2]), hoc autem eius tristes reliquias, cf. Phil. 946:

κοὐκ οἶδ' ἐναίρων νεκρὸν ἢ καπνοῦ σκιάν,
εἴδωλον ἄλλως· οὐ γὰρ ἂν σθένοντά γε
εἷλέν με.

Etiam Ulysses ut humanae vitae fragilitatem significet, queritur Ai. 125:

ὁρῶ γὰρ ἡμᾶς οὐδὲν ὄντας ἄλλο πλὴν
εἴδωλ' ὅσοιπερ ζῶμεν, ἢ κούφην σκιάν,

cf. fragm. 588, 6: σκιᾶς εἴδωλον.

Substantivum εἶδος „mulieris tenerae potissimum figurae circumlocutione designandae" vocabulum esse affirmat Schmidtius [3]); El. 1177:

1) Ib. I, pag. 19.
2) Cf. Ai. 817: δῶρον ἀνδρὸς Ἕκτορος; ib. vs. 77: πρόσθεν οὐκ ἀνὴρ ὅδ' ἦν, ib. vs. 1238: οὐκ ἆρ' Ἀχαιοῖς ἄνδρες εἰσὶ πλὴν ὅδε; Schmidt I, pag. 19; Nauck. ad Ai. 817.
3) Ib. I, pag. 19.

ἦ σὸν τὸ κλεινὸν εἶδος Ἠλέκτρας τόδε;

Eodem modo explicare studet Trach. 1067:

ὡς ἴδω σάφα
εἰ τοὐμὸν ἀλγεῖς μᾶλλον ἢ κείνης ὁρῶν
λωβητὸν εἶδος ἐν δίκῃ κακούμενον,

„quoniam voce εἶδος Deianirae potius quam Herculis corpus significatur"; ad scholia deinde provocans vult corrigere κἂν δίκῃ κακούμενον: Nauckius contra pluribus argumentis allatis versum 1069 satis recentem interpolationem esse demonstrare conatur.

Hisce duobus locis exceptis nomen εἶδος apud Sophoclem non legitur, ut de notione quam huic voci subjecerit ille non judicari possit; apud Homerum certo aliter res se habet. Dubitari potest de Il. III, 39, ubi Hector in Paridem convicia congerit:

Δύσπαρι, Ϝεῖδος ἄριστε, γυναιμανὲς, ἠπεροπευτά,

hic enim vox de mulieribus usitata de Paride dicta esse potest ad aculei vim augendam; attamen apud Homerum certe nomen εἶδος „mulieris tenerae figurae designandae" proprium non fuisse luce clarius apparet Il. II, 57:

(Ὄνειρος) μάλιστα δὲ Νέστορι δίῳ
Ϝεῖδός τε μέγεθός τε φυήν τ' ἄγχιστ' ἐϜεϜοίκει.

Omnium latissime patet usus nominis χείρ, quod haud raro ita additum est ut fere abundare videatur, neque ullam vim addere sententiae. Licet de quibusdam locis judicare difficile sit, tantum non semper recte potest explicari, modo attendamus ad varias notiones quae huic voci possint subesse: hanc enucleandi viam jure ingressus est Schmidtius [1]).

1) Ib. I. pag. 10 sqq.

Quamquam ejus de hac voce disputatio utilissima est, brevi rem absolvit, angustioribus opinor finibus coactus; etiam plures quam ille observavit significationes notandae sunt.

Notissimum est χεῖρα porrectam amicitiae fideique pignus esse; velut Phil. 813: ἔμβαλλε χειρὸς πίστιν, imprimis si vox cum adjectivo δεξιός jungatur, quod cum nemo nesciat, locos indicare sufficiat; sunt Ai. 751. OC. 1130. Trach. 1181. Phil. 942. 1291. 1398.

Saepe vigorem et potentiam illa voce expressam videmus; luculentum exemplum est Ai. 129:

μήδ' ὄγκον ἄρῃ μηδέν', εἴ τινος πλέον
ἢ χειρὶ βρίθεις, ἢ μακροῦ πλούτου βάθει.

El. 1090: ζῴης μοι καθύπερθεν
χειρὶ καὶ πλούτῳ τοσόνδ' ἐχθρῶν.

ib. 998: σθένεις δ' ἔλασσον τῶν ἐναντίων χερί.

fragm. 676: γνῶμαι πλέον κρατοῦσιν ἢ σθένος χερῶν,

cf. Ai. 490. 1069. Trach. 265. 488. 1102. Phil. 1253. OR. 123. El. 455.

Si potestas in malam partem adhibetur, inde significatio oritur superbae dominationis et facinoris violenti.

El. 1195 Orestes sororem rogat quales contumelias a matre patiatur: πότερα χερσὶν ἢ λύμῃ βίου; El. καὶ χερσὶ καὶ λύμαισι καὶ πᾶσιν κακοῖς; cf. Ai. 219: χειροδάϊκτα σφάγια; El. 126. 206. Ai. 27. 230. 374. OR. 140. 883. Phil. 1253 [1]). Ant. 56 sq. Trach. 898. OC. 703 [1]).

Inde porro nascitur significatio quae scelestum et impium quod est indicat:

OR. 821: λέχη δὲ τοῦ θανόντος ἐν χεροῖν ἐμαῖν
χραίνω.

1) Cf. Schmidt ib. I, pag. 11.

ib. 1400: αἳ τοὐμὸν αἷμα τῶν ἐμῶν χειρῶν ἄπο
ἐπίετε πατρός,

cf. OR. 348. 465. Ai. 43.

Manum infestam significat:

Ant. 56: αὐτοκτενοῦντε τὼ ταλαιπώρω μόρον
κοινὸν κατειργάσαντ᾽ ἐπαλλήλοιν χεροῖν.
Ai. 729: ἔστ᾽ εἰς τοσοῦτον ἦλθον ὥστε καὶ χεροῖν
κολεῶν ἐρυστὰ διεπεραιώθη ξίφη,

cf. Ai. 97. 772. Ant. 14. Trach. 517. OC. 835. 975. 1297.

Manus ultrix significatur:

El. 37: δόλοισι κλέψαι χειρὸς ἐνδίκους σφαγάς.
Ai. 408: πᾶς δὲ στρατὸς δίπαλτος ἄν με
χειρὶ φονεύοι,

cf. Ai. 115. Ant. 820. El. 1394. Trach. 566. 1133. Phil. 324. OR. 107.

Ad pietatis officia etiam refertur nomen χείρ, quam notionem neque Ciceronem fugisse apparet; legimus enim Trach. 1066:

δός μοι χεροῖν σαῖν αὐτὸς ἐξ οἴκου λαβὼν
εἰς χεῖρα τὴν τεκοῦσαν,

quod Cicero vertit: „huc arripe ad me manibus abstractam piis" [1]). Eandem vim agnoscimus in Electrae querimonia El. 1138:

κοὔτ᾽ ἐν φίλαισι χερσὶν ἡ τάλαιν᾽ ἐγὼ
λουτροῖς ἐκόσμησ᾽ οὔτε παμφλέκτου πυρὸς
ἀνειλόμην, ὡς εἰκός, ἄθλιον βάρος,
ἀλλ᾽ ἐν ξέναισι χερσὶ κηδευθεὶς τάλας, κ. τ. λ.

1) Tusc. II, 9, 20.

cf. Ai. 1047: τὸν νεκρὸν χεροῖν μὴ συγκομίζειν, OC. 470: χοὰς .... δι᾽ ὁσίων χειρῶν θιγών. El. 326. Ant. 43.

Jam dicendum est de duabus significationibus, quas sibi observare visus est vir doctus Schmidtius.

Ubi utilem suam disputationem exorditur, omnium primum vocem χείρ jungi dicit cum verbis, in quibus insit notio agilitatis „quo fit ut eius, quae describatur, rei imago proponatur, quae velut in rem praesentem perducere nos videatur" [1]).

Exempla affert Ai. 1404: κοίλην κάπετον χερσὶ ταχύνατε; rectius tamen locum eis adscribis, quos pietatis notionem continere vidimus; et OC. 717: ἁ δ᾽ εὐήρετμος ἔκπαγλ᾽ ἁλία χερσὶ παραπτομένα πλάτα θρώσκει, de quo loco dubitari potest. Si enim cum Nauckio explicas „παραπτομένα: den Händen „sich anfügend, von παράπτομαι, Teil des Prädikats θρώσκει," nomen χείρ prorsus solito sensu dictum est, nulla peculiari notione subjecta; cf. OC. 1651: ἐπίσκιον χεῖρ᾽ ἀντέχοντα κρατός.

Deinde auxilii notionem agnoscendam esse vir doctus sentit Ai. 1384: μόνος παρέστης χερσίν et OC. 1103: αἵδε γὰρ χέρες Θησέως ἔσωσαν. Rem non arguo; in exemplis eligendis Schmidtius tamen minus felix fuit. Priorem enim locum referre malim ad eos ubi potentiae notio agnoscenda est; Menelaus nempe vs. 1067 minatus est:

εἰ γὰρ βλέποντος μὴ ἐδυνήθημεν κρατεῖν,
πάντως θανόντος γ᾽ ἄρξομεν, κἂν μὴ θέλῃς,
χερσὶν παρευθύνοντες,

quod ipse Schmidtius vertit: „imperio atque vi coercentes." Ipsius Teucri voluntatem Atridae nihili faciebant, quippe a quo imperium prorsus abjudicarent. Attamen Ulyssis, etiamsi

1) Ib. I, pag. 10.

Atridis repugnaret, ratio habenda erat; hoc Ulyssis imperium atque auctoritatem opinor Teucer respicit, si dicit: *μόνος παρέστης χερσίν.*

Sic etiam explicandus videtur OC. vs. 1103: *αἵδε γὰρ χέρες Θησέως ἔσωσαν*: Theseus scilicet filias Oedipodis reduci jusserat, et praeterea ei erat potestas si opus esset vi armisque suam voluntatem perpetrare.

Auxilii notionem re vera agnoscimus El. 1349:

οὗ τὸ Φωκέων πέδον
ὑπεξεπέμφθην σῇ προμηθίᾳ χεροῖν.

OR. 719: *ἔρριψεν ἄλλων χερσὶν ἄβατον εἰς ὄρος*, cf. El. 1357: *ὦ φίλταται μὲν χεῖρες, ἥδιστον δ' ἔχων ποδῶν ὑπηρέτημα.*

Personalem significationem denique interdum habet *χείρ*; Ai. 50: *χεῖρα μαιμῶσαν φόνου*, Phil. 1253: *χεῖρα δεξιὰν ὁρᾷς κώπης ἐπιψαύουσαν*, Trach. 898: *καὶ ταῦτ' ἔτλη τις χεὶρ γυναικεία κτίσαι*; cf. OC. 1102. Ai. 35. 490. Aesch. Sept. 554: *χεὶρ ὁρᾷ τὸ δράσιμον.*

Quamquam occasione data hic illic ad alia delapsi sumus, in praecedentibus praecipue de comparationibus et translationibus egimus. In Sophocleis fabulis tamen multo plura argumenta inveniuntur studiis nostris dignissima.

Si ad sermonis ubertatem et pulchritudinem attendimus, vix nos fugere potest varietas locutionum quae se nobis offert in verbis dicendi, audiendi, eundi, veniendi, aliis; neque negligendae sunt res metricae, nec magis versuum sonus, qui saepe ita se habet ut, sive allitteratione adhibita sive per asyndeton sive per coacervationem brevium longarumve syllabarum miro modo verborum ipsorum sententiae respondeat [1].

Alia supersunt, si quaerimus quaenam fuerint poetae mentis cogitationes de fato, de deis, de humana sorte [2].

Ne disputatio in nimium crescat, nobis in hisce tamen subsistendum est.

Utinam ea quae disserui ne prorsus nihili sint habenda.

---

1) Cf. Jacobi: de allitterationis usu apud Sophoclem.
Ziel: de asyndeto apud Sophoclem.

2) Cf. Fichna: Sophoclis religiöse und sittliche Gedanken.
Hoffmann: Das walten der Gottheit im menschlichen Leben, nach Sophocles.
Lübker: Die Sophocl. Theologie und Ethic.

THESES.

THESES.

I.

Soph. Phil. 50 sq.:

> Ἀχιλλέως παῖ, δεῖ σ᾽ ἐφ᾽ οἷς ἐλήλυθας
> γενναῖον εἶναι, μὴ μόνον τῷ σώματι, κ. τ. λ.

Pro *σώματι* legendum est *σπέρματι*.

II.

ib. 645 sqq.:

Neopt. ἀλλ᾽ εἰ δοκεῖ χωρῶμεν, ἔνδοθεν λαβὼν
ὅτου σε χρεία καὶ πόθος μάλιστ᾽ ἔχει.
Phil. ἀλλ᾽ ἔστιν ὧν δεῖ, καίπερ οὐ πολλῶν ἄπο.
Neopt. τί τοῦθ᾽ ὃ μὴ νεώς γε τῆς ἐμῆς ἔπι;

Hoc loco verba inter personas perperam dividuntur, unde praeterea leve vitium ortum est. Inde a versu 643 verba distribuenda sunt:

Phil. οὐκ ἔστι λῃσταῖς πνεῦμ᾽ ἐναντιούμενον
ὅταν παρῇ κλέψαι τι χἀρπάσαι βίᾳ.
ἀλλ᾽ εἰ δοκεῖ χωρῶμεν, ἔνδοθεν λαβὼν
ὅτου με χρεία καὶ πόθος μάλιστ᾽ ἔχει.
Neopt. ἀλλ᾽ ἔστιν ὧν δεῖ;
Phil. καίπερ οὐ πολλῶν ἄπο.
Neopt. τί τοῦθ᾽ ὃ μὴ νεώς γε τῆς ἐμῆς ἔπι;

III.

Ib. 1047 sqq.:

πόλλ᾽ ἂν λέγειν ἔχοιμι πρὸς τὰ τοῦδ᾽ ἔπη,
[εἴ μοι παρείκοι· νῦν δ᾽ ἑνὸς κρατῶ λόγου.
οὗ γὰρ τοιούτων δεῖ, τοιοῦτός εἰμ᾽ ἐγώ·
χὤπου δικαίων κἀγαθῶν ἀνδρῶν κρίσις,
οὐκ ἂν λάβοις μου μᾶλλον οὐδέν᾽ εὐσεβῆ].

Inclusi versus spurii sunt.

IV.

OR. 424 sq.:

ἄλλων δὲ πλῆθος οὐκ ἐπαισθάνῃ κακῶν,
ἅ σ᾽ ἐξισώσει σοί τε καὶ τοῖς σοῖς τέκνοις.

Alter versus corrigatur: ὅσ᾽ ἐξ ἴσου ἔσται σοί κ. τ. λ.

V.

Ib. 438:

ἥδ᾽ ἡμέρα φύσει σε καὶ διαφθερεῖ.

Φύσει non est verbum, sed substantivum; pro *καί* fortasse legendum est *σῇ*.

VI.

Ib. 1180 sq.:

εἰ γὰρ οὗτος εἶ
ὅν φησιν οὗτος, ἴσθι δύσποτμος γεγώς.

Loquendi consuetudo pro priore pronomine *οὗτος* necessario requirit *κεῖνος*, ut reponendum sit: *εἴ γε κεῖνος εἶ.*

VII.

Ib. 1382 sq.:

ὠθεῖν ἅπαντας τὸν ἀσεβῆ, τὸν ἐκ θεῶν
φανέντ᾽ ἄναγνον καὶ γένους τοῦ Λαΐου.

Extrema verba corrigantur: πρὸς φόνου τοῦ Λαΐου.

VIII.

Verg. Aen. I, 460 sq.:

en Priamus. sunt hic etiam sua praemia laudi,
sunt lacrimae *rerum et* mentem mortalia tangunt.

Versus legendi et interpungendi sunt:

en Priamus! sunt hic etiam sua praemia laudi,
sunt lacrimae *miseris*, mentem *et* mortalia tangunt.

IX.

Plaut. Capt. 201:

Ejulatione haud opus est: *oculis multam iram editis.*
Lege versus finem: *oculos multum laeditis.*

X.

Tacit. Agric. cap. 9:

Ubi conventus ac iudicia poscerent, gravis, intentus,

severus, [et saepius misericors]: ubi officio satisfactum, nulla ultra potestatis persona; tristitiam et adrogantiam et avaritiam exuerat.

Inclusa verba spuria sunt.

XI.

Ib. cap. 34:

Hi sunt quos proximo anno *unam* legionem furto noctis adgressos clamore debellastis.

Lege: *nonam* legionem.

XII.

Lucr. IV, 138 sqq.:

nam saepe Gigantum
ora volare videntur et umbram ducere late,
interdum magni montes avolsaque saxa
montibus anteire et solem succedere praeter,
inde alios trahere atque inducere *belua nimbos.*

Extremus versus corrigatur:

inde alios trahere atque inducere *nubila visus.*

XIII.

Nuntium, quem anno 195 a decem legatis Romam perlatum esse tradit Livius (XXXIII, 44), Antiochum regem in eo fuisse ut in Graeciam trajiceret, et hoc bello Graeciam arsuram fuisse, repugnare rebus a Polybio traditis injuria censet Nissen. (Krit. Unt. pag. 151).

XIV.

Ante legem Oviniam latam senatus Romanus constitit jure sententiae hereditario, quo utebantur viri patricii.

XV.

Injuria Lipsius in 4a editione libri Schoemanni de Antiquitatibus Graecis (I, pag. 387) huius sententiam de denis demis in singulis Atheniensium tribubus rejecit. (cf. ed. 3ae I, pag. 387.)

XVI.

Lucr. II, 456 sqq.:

Omnia postremo quae puncto tempore cernis
diffugere, ut fumum flammas nebulasque, necessest,
si minus omnibu' sunt e levibus atque rutundis,
at non esse tamen perplexis indupedita.

Lachmannus, Creechium sequens, putat „debuisse Lucre„tium affirmare fluida ista pungentia et penetrantia acuta „semina non minus quam *levia et rotunda* continere."

Lucretii doctrinae magis consentaneum est in iis quas enumerat rebus acutis seminibus mixta esse *rotunda eademque aspera.*

XVII.

Vergilius in describendo Laocoonte ab anguibus petito (Aen. II, 209 sqq.) non effigiem lapideam, sed fabulam Sophocleam respexisse videtur.
